

Informazioni su questo libro

Si tratta della copia digitale di un libro che per generazioni è stato conservata negli scaffali di una biblioteca prima di essere digitalizzato da Google nell'ambito del progetto volto a rendere disponibili online i libri di tutto il mondo.

Ha sopravvissuto abbastanza per non essere più protetto dai diritti di copyright e diventare di pubblico dominio. Un libro di pubblico dominio è un libro che non è mai stato protetto dal copyright o i cui termini legali di copyright sono scaduti. La classificazione di un libro come di pubblico dominio può variare da paese a paese. I libri di pubblico dominio sono l'anello di congiunzione con il passato, rappresentano un patrimonio storico, culturale e di conoscenza spesso difficile da scoprire.

Commenti, note e altre annotazioni a margine presenti nel volume originale compariranno in questo file, come testimonianza del lungo viaggio percorso dal libro, dall'editore originale alla biblioteca, per giungere fino a te.

Linee guide per l'utilizzo

Google è orgoglioso di essere il partner delle biblioteche per digitalizzare i materiali di pubblico dominio e renderli universalmente disponibili. I libri di pubblico dominio appartengono al pubblico e noi ne siamo solamente i custodi. Tuttavia questo lavoro è oneroso, pertanto, per poter continuare ad offrire questo servizio abbiamo preso alcune iniziative per impedire l'utilizzo illecito da parte di soggetti commerciali, compresa l'imposizione di restrizioni sull'invio di query automatizzate.

Inoltre ti chiediamo di:

+ *Non fare un uso commerciale di questi file* Abbiamo concepito Google Ricerca Libri per l'uso da parte dei singoli utenti privati e ti chiediamo di utilizzare questi file per uso personale e non a fini commerciali.

+ *Non inviare query automatizzate* Non inviare a Google query automatizzate di alcun tipo. Se stai effettuando delle ricerche nel campo della traduzione automatica, del riconoscimento ottico dei caratteri (OCR) o in altri campi dove necessiti di utilizzare grandi quantità di testo, ti invitiamo a contattarci. Incoraggiamo l'uso dei materiali di pubblico dominio per questi scopi e potremmo esserti di aiuto.

+ *Conserva la filigrana* La "filigrana" (watermark) di Google che compare in ciascun file è essenziale per informare gli utenti su questo progetto e aiutarli a trovare materiali aggiuntivi tramite Google Ricerca Libri. Non rimuoverla.

+ *Fanne un uso legale* Indipendentemente dall'utilizzo che ne farai, ricordati che è tua responsabilità accertati di farne un uso legale. Non dare per scontato che, poiché un libro è di pubblico dominio per gli utenti degli Stati Uniti, sia di pubblico dominio anche per gli utenti di altri paesi. I criteri che stabiliscono se un libro è protetto da copyright variano da Paese a Paese e non possiamo offrire indicazioni se un determinato uso del libro è consentito. Non dare per scontato che poiché un libro compare in Google Ricerca Libri ciò significhi che può essere utilizzato in qualsiasi modo e in qualsiasi Paese del mondo. Le sanzioni per le violazioni del copyright possono essere molto severe.

Informazioni su Google Ricerca Libri

La missione di Google è organizzare le informazioni a livello mondiale e renderle universalmente accessibili e fruibili. Google Ricerca Libri aiuta i lettori a scoprire i libri di tutto il mondo e consente ad autori ed editori di raggiungere un pubblico più ampio. Puoi effettuare una ricerca sul Web nell'intero testo di questo libro da `http://books.google.com`

3 3433 00029327 8

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

BIBLIOTHECA PISTORIENSIS

1746

A FRANCISCO ANTONIO ZACHARIA

SOCIETATIS JESU PRESBYTERO

Descripta, inque duos libros distributa,

Quorum prior Manuscriptos trium, præcipuarumque Pistorienſium Bibliothecarum Codices, posterior Pistorienses Scriptores complectitur, cum duplici appendice, una veterum, altera recentium, utraque ineditorum hactenus, præstantiumque monumentorum.



ASTOR LIBRARY NEW-YORK

AUGUSTÆ TAURINORUM, MDCCLII.

EX TYPOGRAPHIA REGIA.

Digitized by Google

Digitized by Google

BIBLIOTHECÆ PISTORIENSIS

LIBER I.

ANGELO. MARIAE. QVIRINO.
SANCTAE . ROMANAE. ECCLESIAE.
CARDINALI. BIBLIOTHECARIO
BRIXIANORVM ANTISTITI
PIETATIS. RELIGIONIS. ATQ.
INCREDIBILIS. PENE. DOCTRINAE
IMMORTALIBVS. EDITIS. MONVMENTIS.
TOTA. LATE. EVROPA. CELEBERRIMO.
BIBLIOTHECAE. PISTORIENSIS.
PARTEM PRIMAM.
FRANC. ANTONIVS. ZACHARIAS. S. I.
DEDICAT. CONSECRATQ.
PATRONO. SUO. OPTVMO. AC. MVNIFICENTIS.

Digitized by Google

Digitized by Google

FRANCISCUS ANTONIUS ZACHARIAS

Amico Lectori Salutem.

NON multa præfabor, amice Lector, ut quæ quantaque ſit operis hujuſce mei utilitas, edoceam. Nam unde in tot Scriptoribus longe eruditiſſimis, quos qui parvi faciat, ſtipes ſit, oportet, Poſſevino, Alexandro Barvoetio, Jacobo Philippo Thomaſino, Lambecio, Montfauconio, Fabricio, Maffejo, Zanetto, Aſſemanno ardor ille Bibliothecarum indices emittendi in lucem? niſi quod perſuaſum ipſis fuerit, nihil ad optimarum artium incrementum fingi potuiſſe adcommodatius, quam ut conſtaret, quinam lateant etiamnum in Bibliothecis ſitu obſiti antiqui auctores ad Eccleſiæ veteris diſciplinam, ipſamque noſtrorum dogmatum veritatem confirmandam, ad inluſtrandam ſuperiorum temporum hiſtoriam, ad liberales doctrinas omnes, bonaque ſtudia perficienda aptiſſimi; quibuſcum manuſcriptis codicibus editos libros conferre liceat, ut primo, quoad fieri poſſit, nitori reſtituantur; quibus demum auxiliis turpiſſima plagia, anonymi aut etiam ſuppoſititii Scripto es, idque genus plurima detegi certiſſime poſſint. Magna ſane hæc ſunt, Lector humaniſſime, ut intelligis ipſe

Digitized by Google

ipſe per te, ad bonas artes adjumenta atque ſubſidia. Atque utinam ſit, qui Ambroſianæ Mediolanenſis, & Vaticanæ Bibliothecæ Catalogos ea demum diligentia conficiat, edatque, qua Index Regiæ Pariſienſis jam prodit, qua a Paſinio, ſociiſque clariſſimis Viris Rivautella ac Berta Regiæ item Taurinenſis elenchum nuper habuimus, qua demum ab Antonio Maria Biſcionio Laurentianæ Mediceæ recenſionem brevi ſperamus! Tum enimvero *Bibliothecam Bibliothecarum* non imperfectam illam & mancam, ſæpe etiam erroribus admixtam, atque ob inordinatam rerum congeriem, nudamque fere titulorum adſcriptionem vix ullius uſus, quam exiiſſe Montfauconii ſtudio Maffejus Marchio aliique dudum conqueſti ſunt, ſed plenam, ſed uberem, ſed abſolutiſſimam contexere tandem licebit. Ne tamen putato, me in hac adornanda Piſtorienſium Codicum Bibliotheca eam plane iniiſſe rationem, quam ab illo ſuſcipi maxime velim, qui *Bibliothecam* illam *Bibliothecarum* ſcribere adgrediatur. Nam certas ad claſſes, vel ſingularum, vel etiam Bibliothecarum omnium libros, ſi me audierit, revocabit ipſe; initia librorum deſcribet, ut quæ edita ſint, quæ vero ſecus, & quem auctorem habeant, (ſæpe enim in MSS. aut nullus adnotatur auctor, aut falsò adſcribitur), dignoſci facilius poſſit; de vetuſtate codicum judicium ſuum proferet; ſpecimen characterum, atque adeo variarum a vulgatis lectionum dabit iſtarum rerum curioſis; auctores, quibus opera ab Amanuenſibus tributa ſunt, excutiet; ſcripta demum inedita ſecernet a ceteris, quæ lucem adſpexere. Ego vero quei iſthæc omnia præſtitiſſem? in tanta præſertim librorum inopia, & procul remotus ab ipſis Piſtorienſibus Bibliothecis, quas conſulere oportuiſſet in iis, quæ ſchedas meas recognoſcenti mihi ſæpe obortæ ſunt, dubitationibus, qualis ſit hic vel ille codex, cujus antiquitatis, ſcripturæ, magnitudinis, materiei? Quum tamen

Digitized by Google

men illud animadverto, non diſplicuiſſe doctis Viris epiſtolam illam, quas aliquot abhinc annis præſcriptam a me ad P. Lagomarſinium *de MSS. Codicibus, qui in Bibliotheca Piſtorienſis, ut ajunt, ſapientiæ adſervantur*, celeberrimus Camaldulenſis Monachus, idemque mihi amiciſsimus D. Angelus Maria Callogera in triceſimum ſuæ collectionis volumen intulit, in ſpem facile adducor, commentariolum quoque iſtud, quod & uberius ſit, & ob majorem codicum non multitudinem modo, ſed etiam præſtantiam nobilius, & multo diligentiore cura elaboratum, tibi probatum iri. Vale.

INDEX

Digitized by Google

INDEX

PRIMÆ PARTIS

Bibliothecæ Pistorienſis liber I., ſeu Manuſcripti trium, præcipuarumque Pistorienſium Bibliothecarum Codices - - Pag. 1.

Pars I. *Codices aliquot, qui in ſecretiore Illuſtriſs. ac Reverendiſs. Epiſcopi Pistorienſis Archivo ſervantur* - - - *ibid.*

Pars II. *Codices manuſcripti, qui in Reverendiſs. Canonicorum Pistorienſium Archivo adſervantur* - - - - - P. 3.

Caput I. *Codices MSS., in quibus ſacra Biblia, inque illa anonymorum expoſitiones, & catenæ continentur* - - - *ibid.*

Caput II. *Patres, & Scriptores Eccleſiaſtici* - - - P. 5.

Caput III. *Conciliorum, & Canonum codices* - - - P. 14.

Caput IV. *Codices Liturgici* - - - - P. 20.

Caput V. *Codices Miſcellanei* - - - - P. 23.

Caput VI. *Seu appendicula editionum aliquot antiquarum* - - - P. 25.

Pars III. *MSS. Codices, qui in Bibliotheca Pistorienſis, ut ajunt, ſapientiæ adſervantur, ſeu de iiſdem codicibus Franciſci Antonii Zachariæ ad Hieronymum Lagomarſinium epiſtola, anno* CIↃIↃCCXLIV. *primum excuſa* T. XXX. *collectionis Calogerianæ pag.* 437., *nunc emendatior, & auctior* - - - - P. 28.

Appendix ineditorum monumentorum - - P. 60.

Caput I. *Theodemiri Abbatis Benedictini ad Claudium Taurinenſem epiſtola* - *ibid.*

Caput II. *Claudii Taurinenſis Epiſcopi ad Theodemirum Abbatem reſponſoria epiſtola* P. 62.

Caput III. *Nonaginta Peregrini Epiſcopi Canones ex Paulli epiſtolis ſumpti contra hæreticos ſui temporis* - - - P. 66.

Caput IV. *Catalogus Romanorum Pontificum* - - - P. 78.

Caput V. *Catalogus alter Romanorum Pontificum* - - P. 80.

Caput VI. *Apocrypha Acta S. Zenonis Epiſcopi* - - P. 84.

Caput VII. *Calendarium Pistorienſe* - - - P. 86.

Caput VIII. *Calendarium alterum Pistorienſe* - - - P. 90.

Caput IX. *Martyrologium Adonis Roſvveydianæ editionis conlatum cum MS. Codice Archivii Pistorienſis Capituli* - - P. 98.

Caput X. *Variæ lectiones Manuſcripti Uſuardini Martyrologii, ab Uſuardo R. P. Sollerii* - - - - P. 137.

BIBLIO-

Digitized by Google

BIBLIOTHECÆ PISTORIENSIS

LIBER I.

Seu Manuſcripti trium, præcipuarumque Piſtorienſium Bibliothecarum Codices.

PARS I.

Codices aliquot, qui in ſecretiore Illuſtriſſimi, ac Reverendiſſimi Epiſcopi Piſtorienſis Archivo adſervantur.

I.

CODEX MEMBRAN. IN F.

ASSIONARIUS, ut ajunt, liber hic eſt, qui a S. Nicolao Myrenſi ad S. Paulli mortem Sanctorum acta complectitur. Duas in columnas tribuuntur ſingulæ paginarum facies. De ætate Codicis nihil audeo definire: ea tamen circa undecimum ſeculum ſtatui veroſimiliter poterit. Kalendis Febtuarii legitur vita S. Brigidæ elegiaco carmine ſcripta, quam exhibent Bollandiani (*T.* 1. *Febr. p.* 141.) verum in Codice hoc Piſtorienſi proœmium quoddam ante illam extat, quod quum apud Bollandianos deſideretur, heic lubet adſcribere.

Chriſte Dei virtus, ſplendor, patientia Patris.
In genitore manens genitus ſine tempore, & ante
Secula, qui noſtram natus de Virgine formam
Sumpſit nutritus, lactatus ab ubere Matris.
Qui ſancto noſtras mundas baptiſmate culpas.
Et nova progenies cœlo producitur alto.
Noxia qui vetiti diſſolvit prandia mundi,
Vulnera & ipſe ſuo curavit ſanguine noſtra.
Qui moriendo dedit vitam, nos morte redemit.
Cumque ſepultus erat, mutavit jura ſepulchri.
Surgens a morte, & morte dampnavit acerba
Tartara, qui quondam qui nigri limina ditis
Deduxit ſcabras ſuperans achirontis avari.
Qui hoſtem nigrum tortum contorſit in imo
Carceris Inferni, letheum pertruſit in amnem
Aſcendit, duxit captivam dextera patris.
Laudant virtutes victorem milia mille.
Tu quoque qui tantas pro nobis ſumere pœnas
Dignatus miſeris cœleſtia Regna dediſti,
Da mihi præcelſas paradiſi ſcandere ſcalas.
Fac bene pulſanti portas mihi pandere vitæ.
Non mihi pes veniat timidus, non hoſtis avarus.
Non ne externa manus me tangat, premia tollat.
Sed me Chriſte tuum miſerum nunc ſuſcipe ſervum.
Ut merear pavidus convivas viſere claros,

Digitized by Google

INDEX

PRIMÆ PARTIS

Bibliothecæ Pistorienſis liber I., ſeu Manuſcripti trium, præcipuarumque Pistorienſium Bibliothecarum Codices - - Pag. 1.

Pars I. *Codices aliquot, qui in ſecretiore Illuſtriſs. ac Reverendiſs. Epiſcopi Pistorienſis Archivo ſervantur* - - - *ibid.*

Pars II. *Codices manuſcripti, qui in Reverendiſs. Canonicorum Pistorienſium Archivo adſervantur* - - - - P. 3.

Caput I. *Codices MSS., in quibus ſacra Biblia, inque illa anonymorum expoſitiones, & catenæ continentur* - - - *ibid.*

Caput II. *Patres, & Scriptores Eccleſiaſtici* - - - P. 5.

Caput III. *Conciliorum, & Canonum codices* - - - P. 14.

Caput IV. *Codices Liturgici* - - - - P. 20.

Caput V. *Codices Miſcellanei* - - - - P. 23.

Caput VI. *Seu appendicula editionum aliquot antiquarum* - - - P. 25.

Pars III. *MSS. Codices, qui in Bibliotheca Pistorienſis, ut ajunt, ſapientiæ adſervantur, ſeu de iiſdem codicibus Franciſci Antonii Zachariæ ad Hieronymum Lagomarſinium epiſtola, anno* CIↃIↃCCXLIV. *primum excuſa* T. XXX. *collectionis Calogerianæ pag.* 437., *nunc emendatior, & auctior* - - - - P. 28.

Appendix ineditorum monumentorum - - P. 60.

Caput I. *Theodemiri Abbatis Benedictini ad Claudium Taurinenſem epiſtola* - *ibid.*

Caput II. *Claudii Taurinenſis Epiſcopi ad Theodemirum Abbatem reſponſoria epiſtola* P. 62.

Caput III. *Nonaginta Peregrini Epiſcopi Canones ex Paulli epiſtolis ſumpti contra hæreticos ſui temporis* - - - P. 66.

Caput IV. *Catalogus Romanorum Pontificum* - - - P. 78.

Caput V. *Catalogus alter Romanorum Pontificum* - - P. 80.

Caput VI. *Apocrypha Acta S. Zenonis Epiſcopi* - - P. 84.

Caput VII. *Calendarium Pistorienſe* - - - P. 86.

Caput VIII. *Calendarium alterum Pistorienſe* - - - P. 90.

Caput IX. *Martyrologium Adonis Roſvveydianæ editionis conlatum cum MS. Codice Archivii Pistorienſis Capituli* - - P. 98.

Caput X. *Variæ lectiones Manuſcripti Uſuardini Martyrologii, ab Uſuardo R. P. Solleriı* - - - - P. 137.

BIBLIO-

Digitized by Google

BIBLIOTHECÆ PISTORIENSIS

LIBER I.

Seu Manuſcripti trium, præcipuarumque Piſtorienſium Bibliothecarum Codices.

PARS I.

Codices aliquot, qui in ſecretiore Illuſtriſſimi, ac Reverendiſſimi Epiſcopi Piſtorienſis Archivo adſervantur.

I.

CODEX MEMBRAN. IN F.



ASSIONARIUS, ut ajunt, liber hic eſt, qui a S. Nicolao Myrenſi ad S. Paulli mortem Sanctorum acta complectitur. Duas in columnas tribuuntur ſingulæ paginarum facies. De ætate Codicis nihil audeo definire: ea tamen circa undecimum ſeculum ſtatui veroſimiliter poterit. Kalendis Februarii legitur vita S. Brigidæ elegiaco carmine ſcripta, quam exhibent Bollandiani (*T. 1. Febr. p.* 141.) verum in Codice hoc Piſtorienſi proœmium quoddam ante illam extat, quod quum apud Bollandianos deſideretur, heic lubet adſcribere.

Chriſte Dei virtus, ſplendor, patientia Patris.
In genitore manens genitus ſine tempore, & ante
Secula, qui noſtram natus de Virgine formam
Sumpſit nutritus, lactatus ab ubere Matris.
Qui ſancto noſtras mundas baptiſmate culpas.
Et nova progenies cœlo producitur alto.
Noxia qui vetiti diſſolvit prandia mundi,
Vulnera & ipſe ſuo curavit ſanguine noſtra.
Qui moriendo dedit vitam, nos morte redemit.
Cumque ſepultus erat, mutavit jura ſepulchri.
Surgens a morte, & morte dampnavit acerba
Tartara, qui quondam qui nigri limina ditis
Deduxit ſcabras ſuperans achirontis avari.
Qui hoſtem nigrum tortum contorſit in imo
Carceris Inferni, letheum pertruſit in amnem
Aſcendit, duxit captivam dextera patris.
Laudant virtutes victorem milia mille.
Tu quoque qui tantas pro nobis ſumere pœnas
Dignatus miſeris cœleſtia Regna dediſti,
Da mihi præcelſas paradiſi ſcandere ſcalas.
Fac bene pulſanti portas mihi pandere vitæ.
Non mihi pes veniat timidus, non hoſtis avarus.
Non ne externa manus me tangat, premia tollat.
Sed me Chriſte tuum miſerum nunc ſuſcipe ſervum.
Ut merear pavidus convivas viſere claros,

Digitized by Google

Quo tecum gaudent, videam convivia Sancti.
Quo cum Patre manes regnans per ſecula ſemper.
Spiritus & Sanctus pariter Deus impare gaudet.
Quiſquis in hoc hominum fragili concluditur antro,
Corporis & propriæ nigredine culpe,
Vulnera nec terſit multorum ſorde malorum
Quæ ſibi vel fratri facto, ſeu cuſpide verbi,
Fixerat, aut mentis fallax devotio torſit,
Quem male fida ſui rapuit præſumptio cordis,
Nec ſua juſtitia prætendit brachia ſegni,
Hic precibus multis rogitat ſolatia ſemper.
Sanctorum meritis poterit convellere culpas,
Premia qui gravibus captant cœleſtia flagris,
Atque cruore ſuo ſuperos mereantur honores.
Vulnera vulneribus addunt, & corpora pœnis.
Aerea carceribus portabant vincula clauſis,
Vulnera crudelis tortor crudelia fixit,
In Chriſti famulos exarſit mundus in iras.
Sanctorum Chriſti pendentia viſcera gs.
Dentibus infeſtum tradebant ſæpe Leonum.
Corpora ſanguineis Urſorum morſibus aptant,
Ungula ter carnes detraxit ferrea coſtis;
Ignibus impoſitis Sanctorum membra dedere;
Ardeſcente rogo flammarum lingua perurit.
Nec tamen hii proceres trepidabant cuncta ſubire;
Spretis Conſulibus, diſpectis Regibus ibant
Ad tormenta viri, pueri virtute virili,
Matres intrepidæ, juvenili flore puellæ;
Crinibus impexis, abſciſſis pectore mammis,
Interiora vorant præcordia dente feroci
Parthus & ipſe leo Sanctorum, torva leæna.
Sævit in inſontes, catulos ſaturavit edaces.
Arrogat impietas Sanctos ſuperaſſe ſuperba;
Extinxiſſe feris, corpus tenuiſſe ſepulchris.
Sed tamen æternam meruerunt ſumere palmam.
Martiribus Chriſti cœleſtia regna pateſcunt.
Atque triumphales comites poſt bella peracta.
Angelicis manibus pulchras ſumpſere coronas.
De Paradiſe tuis tulerunt nempe roſetis,
Permixti angelicis cum Chriſto præſule turbis.
Regnabunt pariter ſine mortis ſorte peribunt.
At ubi martyrium Sanctorum Regibus actum,
Præſulibus, ducibus, ſeu multo milite vulgi
Teſtibus attonitis virtutes mille fuerunt.
Et ſunt nunc equidem Chriſto regnante per orbem.
Lepram depellunt, & cæcis lumina reddunt,
Claudorum greſſus, & mortis limina ſolvunt.
Senſum contractis præſtant & brachia ſurdis.
Corvorum rabies humanis invida membris
Pellitur, & miſeris reparantur membra medelis.
Lumina præſentis fulgent clariſſima mundi,
Plurima ceu rutilo ſpargunt ſidera cœlo.
Ultima nec cœli tunc ſit pars invida panti.
Quæ tenebroſa tenet convexi climatis umbra.
Sed vigor interius ſplendentia & ignibus aſtra
Verberat, & totum fulgeſcit lumine cœlum.
Non aliter poteris terrarum cernere partes,
Quæ veneranda pia Sanctorum corpora cunctas
Amplectendo tenet, magnoque colunt amore.
Vos modo qui tantas portaſtis corpore pœnas.
Et veſter fuſus pro Chriſti ſanguine ſanguis.
Invicti Comites cœleſtis milites aulæ
Victores ſecli, paradiſi flumina fontis
Tempres regum cœlorum lumina regni,
Deprecor, ut noſtras veſtris depellere culpas
Et veniam meritis mereamur habere beatis
Et tetras Erebi cunctas calcare tenebras
Aſcendendo viam, quæ ducit ad ætheris aulam.
Ultimus adveniat noſtri cum terminus ævi.
Sanctis regnantemque Deum regnumque patentem
Cernere poſt obitum mereamur pace futura.

II.

Codex in f. membr.

Liber diſtinctionum per alfabetum ſuper bibiam.

III.

Codex in f. membr.

Egregius hic Codex complectitur *cap. in libro Canonum diverſorum ſanctorum Patrum*. Capita autem ſunt CLXXXIII., quorum primum agit *de fide ſancte, & individue Trinitatis*, ultimum vero *de reſurrectione mortuorum, & de gaudio bonorum, ac pena malorum, & de purgatione penali*. Claudunt volumen

lumen catalogi aliquot antiquorum Patriarcharum, Regum Perſarum, Græcorum, Imperatorum Romanorum, Imperatorum Chriſtianorum, ac Regum Langobardorum. In his poſtremus eſt Conradus, de quo hæc ibi: *Anni Domini* MXXVII. *Indictione* X *Chumradus Romam coronatus eſt ipſa die Domini Reſurrectionis* VII. *Kal. Apr. Indict.* X. Tum ſequuntur catalogi Romanorum Pontificum, atque Hæreticorum. Calixtus II. inter Pontifices extremo loco adnotatur, ſedis annis haud adſcriptis, quod argumento mihi eſt, ſub ejus Pontificatu Codicem exaratum fuiſſe.

IV.

Codex membr. in 4.

Incipit ordo Sancte Romane Eccleſie, qualiter Romanus Pontifex apud Baſilicam Sancti Petri debeat celebrare ſecundum conſuetudinem Eccleſie Romane. XIII. ſeculo, aut etiam XIV. ſcriptus videtur.

V.

Codex membr. in 4.

In eo multa opuſcula, quorum hic elenchus. 1. *Incipit tractatus de* VII. *peccatis mortalibus* tres in libros diſtributus. 2. *Declamationes Senece bene, & pulchre moralizate, edite a fratre Nicholao Trivet Ordinis Predicatorum.* 3. *Incipit opuſculum de pugna ſpirituali.* 4. *Incipit libellus cujuſdam ad Raynerium converſum cognomine corde benignum de quadam avium ſignificatione miſtica, & morali.* 5. *Incipiunt moralitates de piſcibus.* 6. *Incipiunt moralitates de lapidibus.* 7. *Incipiunt Domni Joannis Chriſoſtomi de viciis beſtiarum.* 8. *Incipit tabula de vermibus.*

PARS II.

Codices manuſcripti, qui in Reverendiſſimorum Canonicorum Piſtorienſium Archivo adſervantur.

CAPUT I.

Codices manuſcripti, in quibus Sacra Biblia, inque illa anonymorum expoſitiones, & catenæ continentur.

I.

Bibliorum Codex mutilus, cujus initium a XXXVI. capite libri III. Regum, finis vero Malachiæ Prophetia, Membranaceus eſt, in folio majore, & longe antiquiſſimus, fortaſſe XI. ſeculo vetuſtior.

Digitized by Google

II.

Bibliorum volumen alterum, ejuſdem magnitudinis, chartæ, ac vetuſtatis, ac prius illud nuper indicatum. Canonicas epiſtolas continet. Prima eſt Jacobi epiſtola in XX. capita diſtributa: hanc excipiunt duæ Petri, prior in XXI. capita, poſterior in undecim tributa. Tum habes tres Johannis epiſtolas, quarum prima XX., ſecunda quinque, quinque item capita tertia complectitur. Adcedit epiſtola Judæ ſeptem capitibus comprehenſa, cui proxima eſt Johannis Apocalypſis XLVIII. capitum numero diſtincta. Sequuntur hæc Paulli epiſtolæ eo, quo apud nos hodieque diſpoſitæ ſunt, ordine, ſed in capita multo plura diviſæ. Omnino 49. capita habet ad *Romanos* epiſtola, in cujus fine legitur, *Explicit epiſtola Beati Pauli Apoſtoli ad Romanos habens verſus* 911. LXXI. quæ prima eſt ad *Corinthios*, quæ ad eoſdem miſſa eſt ſecunda, XXVIII.; epiſtola ad *Galatas* XXXVI., ad *Epheſios* XXXII., ad *Philippenſes* XIX., ad *Coloſſenſes* XXXI., ad *Theſſalonicenſes* prima XXV., ſecunda IX., ad *Thimoteum* prior XXIX., XXIV. poſterior, ad *Titum* X., ad *Philemonem* IV, ad *Hebræos* XVI. Quorſum hæc capitum recenſio ſpectat? Ut Codicis antiquitas exploratior ſit. Nam, ut docet Dupinius (*in Diſſertatione præliminari, ſeu prolegomenis in Biblia lib. I. cap. XI.*) qui diviſionem illam capitum, qua etiamnum utimur in ſacris libris, primus induxit, fuit XIII. ſeculo Hugo Cardinalis: qui vero ad XI. ſeculum deſcripti ſunt, Bibliorum Codices, partitionem exhibent in capita multo plura, atque breviora. Volumen claudunt XC. Peregrini Epiſcopi Canones ex Paulli epiſtolis contra Hæreticos ſumpti, quos Montfauconius (*T* 1. *Bibliot. Bibliothec.*) memorat, ſe quoque inveniſſe in Vaticano Codice inſcriptos: *Peregrini Epiſcopi concordia epiſtolarum Pauli Apoſtoli.*

III.

Codex membranaceus in f. prænotatus: *Liber Actuum Apoſtolorum, & epiſtole Canonice, & epiſtole Pauli.*

IV.

Expoſitio libri Exodi. Hoc titulo inſcribitur Codex, qui membranaceus eſt *in quarto*, ſed potius dicendus fuerat *Catena Patrum in Exodum.*

V.

Expoſitio Levitici, ſeu (quod de priore Codice monebam) catena Patrum in Leviticum. Et hic Codex membranaceus eſt *in quarto*, uti etiam ſequens.

VI.

Alia *expoſitio Levitici*, cui adcedit expoſitio in *Cantica Canticorum*, & commentariolum in Orationem Dominicam. In fine autem verſus iſti leguntur digni miſero illo aevo, quo perſcripti ſunt ab Hildeberto Cenoma-

Digitized by Google

nomanenſi, inter cujus miſcellanea carmina editi ſunt a Beaugendrio (col. 1350.)

De Jacobis binis ne litiget amodo quivis:
Hic ſatus Alpheo, fuit alter & Zebedeo:
Quem prior audiſti, fratrem memor adſere Chriſti;
Hieruſalem ſuum legimus qua ſede potitum;
Vulgo ſolemnis madii ſolet eſſe Kalendis.
Ultimus aſt iſte frater fuit apocaliſte
Galicieque ſolum ſe gaudet habere colonum.
Natale ſui colit a pede ſeptima Juli,
Septimus huic extra Juli vocat ad ſua feſta,
Junctis huic extra vocat ejus ad janua feſta.

VII.

Gloſa ſuper Pſalterium. Hic titulus eſt Codici membranaceo *in fol.* Clauditur Codex hiſce verſibus, quos amanuenſis ex recepto more adſcripſit.

Omnis ſpiritus laudet Dominum.
Adceſſi portum, quo mihi curſus erat.
Qui ſcripſit, ſcribit, ſemper cum Domino vivat.

VIII.

Incipiunt Parabole Salomonis. In margine autem ex Patribus explicationes adduntur, ut Codex iſte membranaceus *in quarto* catena dici poſſit in Proverbiorum librum.

IX.

Idem dic de Codice, cujus hoc initium: *incipit Daniel Propheta*.

X.

Qui ſequuntur in novi Teſtamenti libros commentarii quatuor, in totidem membranaceis Codicibus deſcripti eorum ſimiles ſunt, quos hactenus recenſui, catenæ ſcilicet Patrum. Primus prænotatur: *expoſitio Sancti Evangelii ſuper Marcum*.

XI.

Secundus catena eſt *in Johannem*.

XII.

Tertio hæc epigraphe: *expoſitio epiſtolarum Canonicarum, Jacobi nempe, ac Johannis primæ*.

XIII.

Quartus exhibet *expoſitionem epiſtolarum Pauli*.

CAPUT II.

Patres, & Scriptores Eccleſiaſtici.

I.

S. Cyprianus Carthaginenſis.

PAtrum antiquiſſimus, cui adſcripta opera ſervat inter MSS. Codices Piſtorienſis Capituli Archivum, ſeu Bibliotheca, Cyprianus eſt;

Digitized by Google

eſt; ſed revera Cypriano ſubpoſita ſunt, quæ Codices duo habent opera ſub Cypriani nomine. Membranaceus alter eſt in *quarto*, alter in *octavo* chartaceus.

In primo autem hæc opuſcula leguntur.

I. Incipiunt XII. *abuſiones S. Cipriani*. M. & Jonas quidem Aurelianenſis (in *lib. de Inſtitutione regia. T. V. Spicil. Dacher.*) Ivo (*lib. VIII. Decr.*) Gratianus, aliique opuſculum hocce Cypriano Martyri tribuunt; nullus tamen hodie eſt inter criticos, qui ſecus non ſentiat, illudque non abjudicet Cypriano æque, atque Auguſtino, cui a paucis aliquot Codicibus inſcribi monent Maurini Patres (in *Append. ad VI. Auguſt. Tomum.*)

II. *S. Proſper de gratia, & libero arbitrio*

III. *Incipiunt reſponſiones ejuſdem*

IV. *Incipiunt reſponſiones ad excepta, quæ de Genuenſi Civitate ſunt miſſa.*

V. *Incipit liber Aurelii Auguſtini Epiſcopi Eccleſie Catholice de Baptiſmo*; ſunt autem libri ſeptem.

VI. *Incipit liber S. Auguſtini de Sermone Domini*; ſed mutilus eſt Codex, multaque ex hoc libro deſiderantur.

In altero Codice præter Cypriani abuſiones, a quibus initium ſumit, hæc continentur.

I. *Cecilii Cipriani Epiſcopi Cartaginenſis verſus*: ſpurium opus.

II. *Plinii ſecundi epiſtolarum libri quatuor*. Liber autem quartus dicitur *ultimus*.

III. *Epiſtola Alexandri Macedonis de conditionibus, & mirabilibus Judæ ad Ariſtotelem Philoſophum*.

Laudatio in D. Franciſcum (de lignamine) *de Padua Reverend. Epiſcopum Ferrarienſem* (ab anno MCCCCXLVI. ad MCCCCLXII. vide Ughellium) *per Cl. Virum Guarinum Veronenſem*. Ea ejuſmodi eſt.

Quas referes Chriſto dignas ex ordine grates?
Qui bona tot cumulans, Ferraria, contulit, ut cum
Peſtiferis reliquæ tabeſcant cladibus urbes,
Abductoſque gemant ſquallentia rura colonos,
Nempe tuus nunc floret ager; laeta arva colentes
Exercent; tutas errat pecus omne per herbas:
Tranquillæ tantum poſſunt longa ocia pacis,
Quam Chriſtus Pater, & Ducis indulgentia donat.
Adde quod ingenio miti, claruſque verendæ
Relligionis honor, præſtans ſe nobile cunctis
Exemplum vitæ, & virtute probabilis omni,
Artibus inſignis, cœlo tibi miſſus ab alto
Eccleſiæ moderator adeſt Franciſcus, ut ipſas
Antiſtes jam animas ad cœlica dona gubernet
Et populo callem faciat, monſtretque ſalutis.
Pontifici Eugenio, quem terra & pontus adorant,
Integritas carum, probitaſque fideſque dederunt
Conſiliis quoque participem ad penetralia primum.
Huic igitur Chriſti venienti nomine, feſtis
Cantibus occurre Ferraria laeta, pioque
Pande ſinus Patri, ſummiſſaque vertice nudo
Hinc atque hinc ulnis Dominum complectere ſtrictis,
Nomineque in Domini veniens benedictus in altis
Oſanna inclament cuncti ſimul omine fauſto.

Hanc laudationem, ex qua adceſſio aliqua fieri poteſt Ughellio, ſequuntur minutiora aliqua, deinde vero *Maffei Vegii laudenſis de fœlicitate, & miſeria Dyalogus.*

Digitized by Google

II.

S Ambrosius Mediolanensis.

Codex membranaceus *in quarto majore* heic expendendus, in quo hæc opuscula.

I. *Tres Epistolæ B. Ambrosii ad Imperatorem Valentinianum*. Hæ in Maurinorum editione epistolæ sunt 20. 21. & 24. Tertia in hæc verba desinit: *Vale Imperator, & esto tutior adversus hominem pacis involucro tellura tegentem. Vale*. Quod ea de causa adnoto, quia apud Maurinos deest secundum hoc *Vale*.

II. *Ambrosii de pœnitentia libri duo*. Extant apud Maurinos *p.* 389.

III. *Liber Augustini de pœnitentia*. Sermo est CCCLI. inter genuinos in Maurinorum editione.

IV. *Incipit sermo S. Augustini de pœnitentia*, qui CCCXCIII. est in citata Maurinorum editione.

V. *Incipit epistola S. Cypriani ad Cecilium de Sacramento Domini* (sic) *calicis*. Ea 63. est inter Cyprianicas a Baluzio editas. Qui ajunt, *Cecilii* nomen sine dyphthongo scribendum (de quo idem Baluzius in notis ad hanc epistolam n. 2.), ab hoc Codice non contemnendæ antiquitatis præsidium habere possunt.

VI. *Incipit cena Cipriani*. Suppositum sancto Doctori opus.

VII. *Incipit liber S. Augustini de continentia, & de cena Domini ad Januarium*, seu epistola LIV. inter sancti Præsulis epistolas Maurinæ editionis. Animadverte, in Codice hoc esse epistolæ exordium: *De his que me interrogasti*, ubi editi legunt: *ad ea quæ me interrogasti*.

VIII. *Incipit liber exhortationum B. Augustini Episcopi ad quendam comitem Karissimum sibi*. In MS. Codice Colbertino inscribitur hic liber: *Sermo beati Paulini forojulienſis Episcopi cuidam amico suo in seculo militanti*. Quare a Maurinis rejectus est in appendicem Tomi VI. Quis ille Comes fuerit, si quæras, consule eosdem Maurinos satis verosimiliter conjicientes, ipsum illum esse Aericum Ducem, sive Comitem, ad quem extat Alcuini epistola XCIV., non autem Julianum Comitem, ut Gratianus & Trithemius opinati sunt. Sed quod ad commendationem nostri Codicis facit, illud est, quod ibidem monent iidem doctissimi Benedictini, *Karissimum sibi* legi etiam in Codice Monasterii S. Theoderici, qui nono seculo scriptus est, ceteros vero Codices Theodericenſi recentiores habere: *sibi amicissimum*. Quare ex perantiquo exemplari descriptus est Pistorienſis hic Codex satis & ipse vetustus.

IX. *Epistola Augustini* (CCL. in Maurinorum editione) ad *Auxilium Episcopum*.

X. *Incipit liber S. Augustini* (seu epistola CLXXXVII.) *de presentia Domini ad Dardanum*.

XI.

Digitized by Google

XI. *Incipit liber Auguſtini de correptione & gratia*. Celeberrimus eſt ex hoc libro locus, quem Janſeniani Catholicis objiciunt: in hoc Codice ſic legitur: *Indeclinabiliter, & Inſeparabiliter*, ubi *inſuperabiliter* in quibuſdam editis, manuque exaratis Codicibus reperire eſt.

XII. *Aurelii Auguſtini de predeſtinatione gratie*. Librum hunc Fulgentio Ruſpenſi magnus Sirmondus adjudicat, Maurini vero in appendice Tomi X. conlocarunt.

XIII. *Incipit liber S. Auguſtini de bono coniugali*. Hunc habes Tom. VI. Maurinæ editionis.

XIV. *Incipit liber S. Auguſtini de cura agenda pro mortuis*. Hic etiam T. VI. Maurinæ editionis legitur.

XV. *Incipit liber S. Auguſtini Epiſcopi, qui dicitur Enchiridion*, in CXXXVI. capita tributus. Adſcribam heic lectiones duas ſatis hodie in dubium vocatas. Capite CXIII. *Nec utique Deus iniuſte noluit ſalvosfieri, cum poſſent ſalvi eſſe*, ſi VELLET; capite autem CXXII. lego: *Preceperat enim Apoſtolus*, ut oraretur pro OMNIBUS.

XVI. *Incipit Auguſtini de chriſtiana fide*.

XVII. *Regula S. Auguſtini*, quæ extat T. I. Maurin. edit.

XVIII. *Incipit liber B. Auguſtini ad Pollentium de adulterinis connubiis*. T. VI. Maurini librum hunc, immo vero duos deſcripſerunt.

III.

S. Zeno Veronenſis Epiſcopus.

S. Ambroſio S. Zenonem Veronenſem Epiſcopum jungimus, quod hujus ille meminerit ad Siagrium ſcribens, & ſub finem IV. ſeculi floruerit, ut demonſtrarunt Maffejus in *Verona inluſtrata*, Ballerinii in recenti ejuſdem S. Zenonis editione, iterumque Maffejus *Tomo VI. obſervat. literar. artic. I.* ubi hanc ipſam Balleriniorum editionem expendit. Egregius Codex membranaceus, in quo ſancti hujus ſermones duos in libros diſpertiti undecimo circiter ſeculo, aut decimo exarati ſunt, ac digniſſimus, quem Ballerinii in ſua editione paranda conſuluiſſent, ſervatur in Piſtorienſi Reverendiſs. Canonicorum Archivo. Eum pluribus deſcribit doctus Piſtorienſis Sacerdos Franciſcus Bonacchius (*lib. I. de ſermonibus S. Zenonis cap. II. pag. 6. & 7.*) hincque jure merito hypercriticos quoſdam refellit, qui vel inconſiderata Sixti Senenſis cenſura, vel partium ſtudio abducti ſancto illi Epiſcopo ſermones hoſce abjudicant. En ejus verba, quibus paucula, ubi opus fuerit, interſeremus. *Servatur etiam in hoc Archivio Reverendiſſimorum Canonicorum hujus Cathedralis ſupradictus Codex pergamineus, in quo extant tractatus* (eodem Tractatuum nomine notantur ſermones hi in MSS. Codicibus, quos Ballerinii ad ſuam editionem diligenter examinarunt) *S. Zenonis Veronenſis Epiſcopi & ipſi*

Digitized by Google

ipſi in duos libros digeſti, iidemque ſermones ſunt, qui in Bibliotheca Patrum leguntur, alio tamen ordine (illo tamen ipſo, quo exhibentur in Indice tertio *Tractatuum ſancti Zenonis ſecundum* MSS. *omnium ordinem* apud citatos Ballerinios p. 18.). *In fine vero hujus Piſtorienſis manuſcripti duo ſunt inſerti ſermones, unus S. Gaudentii Brixienſis Epiſcopi* (*Brixani de Petro & Paulo*, legitur in MS.) *qui in manuſcripto Veronenſi non reperitur; alter S. Vigilii Epiſcopi de ſanctis Martyribus Siſinno, Alexandro, & Martyrio* (vel, ut verbis utamur Codicis, *de laudibus BB. Martyrum Siſinni, Alexandri, & Martyrii, quorum reliquie per Jacobum virum illuſtrem Epiſcopum Johannem urbis Conſtantinopolitanæ pervenerunt*). *Tituli hujus manuſcripti Piſtorienſis non conveniunt cum iis, qui in ſermonibus prælo cuſis leguntur inſcripti* (nimirum Bonacchius ante edidit librum ſuum vere eruditum, quam prodiret Balleriniorum editio, in qua iidem tituli, qui in MS. Piſtorienſi, leguntur in citato indice tertio Tractatuum, his paucis exceptis, *lib I. 6. incipit prephatio. 7. Tractatus geneſi. 24. Tract. Traditum baptiſma. 40. Tractatus de Arcadioma, ſcilicet martyre. 42. Tract. diei dominici. 43. de comparatione tritici. 50. de ſequentia Exodi*): *& ex quibuſdam conjicitur S. Zenonis ſermones in officio divino conſueviſſe legere Veronenſes. Videlicet ex ſermone de Geneſi, qui inter typis editos primas obtinet, in Manuſcripto ſeptimus eſt* (libri primi) *& ita inſcribitur* : Tractatus Geneſis. In ſexageſima. lect. 1. ſecundam require in antea folio quinto : *quod & in aliis obſervare eſt, ut in ſermone de Geneſi, qui eſt ſecundus in iis, qui editi fuerunt in lucem, in manuſcripto ordine 27.* (libri item primi) *& concluditur ex more* : Tu autem Domine miſerere nobis (inſcribitur etiam *de Geneſi in ſexageſima*) *& ſermone de Job, qui in manuſcripto ponitur 15., initio legitur: Tractatus de Job. lectio B* (Sancti) *Zenonis hujus ſedis Epiſcopi.* (unde quis inferat, Codicem hunc Verona Piſtorium adlatum fuiſſe, vel certe ex Veronenſi deſcriptum). Hactenus Bonacchius, cujus animadverſionibus illud ſolum addendum heic ſupereſt, Piſtorienſem Codicem, & Remenſem inter ſe plane convenire. Nam quemadmodum in Remenſi, ita & in Piſtorienſi Tractatus XII. libri primi prænotatur in Indice : *Tractatus Pſalmi* XL. in titulo autem, qui Tractatum ipſum antecedit, verius inſcribitur : *Tractatus Pſalmi* XLI.

IV.

S. Hieronymus Stridonenſis.

Hieronymi aliqua habentur in vetuſtiſſimo membranaceo Codice, quem ad x. ſeculum pertinere putaverim, in folio majore, hiſce titulis : *Incipit Prologus Hieronimi presbiteri ad Paulam de interpretatione literarum hebraicarum. Prologus Hieronymi, quem miſit ad ſanctam Paulam, & ſanctum Euſtochium : qui Pſalmi, vel quando pſalli, vel legi debeant. Epiſtola Hieronymi*

mi presbiteri ad Paulam, & Eustochium, cujus initium : *Psalterium Romæ. Eusebius Hieronimus Sophronio suo salutem dicit.*

V.

S. Augustinus Hipponensis Episcopus.

Præter opuscula S. Augustini in superioribus paragraphis recensita quatuor Codices habemus, qui ab operibus S. Augustini initium ducunt, vel solos hujusce præstantissimi doctoris libros complectuntur.

Primus sermones continet ad *heremitas*, seu, ut in editis est, *ad fratres in eremo*, opus Augustino indignum, & a Maurinis in appendicem Tomi sexti rejectum, si 54. & 55. hujus collectionis sermones excipias, qui inter genuinos S. Doctoris sermones ab iisdem Maurinis censentur num. CCCLV. & CCCLVI. Codex chartaceus est in 4., & ab Hieronymo Zenonio Canonico Pistorienſi descriptus anno D. MCCCCLXXXIX. quem donavit *sacristie S. Zenonis pro remedio anime*, ut in extrema pagina notatum reperio. Ex his sermonibus (ut id obiter moneam) XVIII. prodierunt Italice redditi Florentiæ ex typographio Franciſci Dini V. Junii MCCCCXCIII. Quam editionem ab Orlando, atque adeo ab erudito auctore Bibliothecæ Scriptorum Græcorum ac latinorum Italice redditorum T. XXXII. *Opusc.* P. *Calogera* prætermissam vidi in Lagomarsinii nostri bibliotheca.

Longe antiquissimus alter est prægrandis Codex membranaceus, in quo *continentur Aurelii Augustini Tractatus in Johannem Evangelistam, ab eo quod scriptum est in principio erat Verbum usque ad to quod ait ; Tenebre eam non comprehenderunt.*

Tertius Codex Augustini & Ambrosii aliqua admixta habet hoc ordine. I. *Augustinus de Baptismo*, cujus libri initium : *in eis libris quos adversus*. II. *Incipit epistola S. Ambrosii Archiepiscopi de rebus gestis in Ecclesia Mediolanensi. Quoniam omnibus templis fere sollicite queris*. III. *Incipit* (Ambrosii) *contra Auxentium de Basilicis tradendis*. IV. Ejusdem ad Valentinianum epistola : *etsi superioris legationis*. V. *Incipit liber S. Augustini de disciplina Christianorum : locutus est ad nos sermo Domini*. VI. *Incipit liber Augustini ad sororem de vita christiana : Ego peccator, & ultimus insipientiorque*. VII. *Incipit liber Augustini de penitentia, quam sit utilis*. VIII. *Incipit sermo S. Augustini de penitentia : penitentes, penitentes*. IX. *Incipit liber Augustini ad Paulinam de videndo Deum : memor debiti quod ex tua petitione*. X. *Augustini pars Enchiridion*, cujus hoc est ultimum caput : *de his qui sibi de divina indulgentia plus blandiuntur, quam ratio habet*. Spuria hæc sunt.

In quarto Codice paullo amplius inmorabimur. Videtur membranaceus hic Codex in folio majore scriptus XI. seculo, aut certe XII. ineunte. Dolendum est, mutilum eum esse. Expositionem Augustini in

Psal-

Digitized by Google

Pſalmos exhibet, atque Pſalmum LXXVII. non adtingit. Sub initium porro præter Auguſtini prologum legitur : *Prologus Hieronimi Presbiteri ad Paulam de interpretatione literarum* Hebraicarum, aliaque, quæ in Hieronymiano Codice num. IV. recenſebamus. Sed epiſtolam ad Sofronium, quæ heic deſcripta eſt, cum ea lubet conferre, quam ex tribus MSS. Codicibus edidit Benedictinus D. Martin, vehemens ille Veronenſis S. Hieronymi editionis inſectator (*pag.* 383 libri *Pariſiis excuſi anno* MDCCXXXIX., *ac prænotati* : *Explication de divers monumens ſinguliers*. Hæ ergo variantes ſunt.

MARTIN	*CODEX PISTORIENSIS.*
1. *Hieronymus Sophronio*	1. Euſebius Hieronymus Sofronio ſuo ſalutem dicit.
2. *David ſcilicet Azaph, & Idithum & Filiorum Core*	2. David ſcilicet, & Azaph, & Idithum filiorum Core.
3. *In fine tantum librorum poneretur*	3. In fine tantum librorum ponitur.
4. *Numquam Salvator*	4. Numquam & Salvator.
5. *Et Apoſtoli Pauli epiſtolæ in medio illud opere non continerent*	5. Et Pauli Epiſtolæ in medio illud opere continerent.
6. *Multos haberent libros, qui in mediis voluminibus ſuis amen frequenter interſerunt*	6. Multos habent libros, qui in medio voluminibus ſuis amen frequenter inſerunt.
7. *Te ille illudere*	7. Ille te illudere.
8. *Per ſermones pene ſingulos*	8. Per ſermones ſingulos.
9. *Opponebas*	9. Apponebas.
10. *Amorem tuum, quo laberis*	10. Amorem quo laberis.
11. *Cui & quæ poſſum debeo, & quæ non poſſum*	11. Cui & quæ poſſum, negare non poſſum, cui & quæ poſſum debeo, & quæ non poſſum.
12. *Sicubi ergo editio mea a veteribus diſcreparit*	12. Sicubi ergo editionem meam a veteribus diſcrepare videris.
13. *Contemni videre*	13. Contemnere videri.
14. *Eccleſiis Chriſto credentium*	14. Eccleſiis Chriſti credentium.
15. *Niſi quod hoc habebo ſolamen, ut labore communi intelligam*	15. Niſi quod hoc habeo ſolaminis in labore communi, ut intelligam.
16. *Valere te in Domino Jeſu cupio, & meminiſſe mei*	16. Vive in Domino Jeſu. cupio te meminiſſe mei.

Sed antequam Codicem iſtum dimitto, moneo in Pſalmi LXX. expoſitione hæc legi aliter, quam in quibuſdam editionibus exhibeantur. *Quis enim ei diceret, quid feciſti ? ſi damnaret injuſtum.*

V I.

S. Fulgentius Ruſpenſis.

Nunc de Codice membranaceo in 4. dicendum, in quo cum plurium opuſculorum fragmentis, aliiſque minoris notæ opuſculis Sermo S. Fulgentii Epiſcopi legitur. Hoc ejus initium : *Beatus iſte Martyr, ille cujus hodiernus illuxit dies, virtute caritatis indutus.*

Digitized by Google

VII.

Anicius Manlius Torquatus Severinus Boetius.

Codex membranaceus exiguæ formæ in XVI. inſcriptus eſt *Comentum Boetii* in libros ſcilicet de conſolatione Philoſophiæ. Sed ante ipſos commentarios multa ſunt de literis Formatis, Brevibus, præceptis, aliiſque diplomatum generibus, quæ quomodo huc inlata ſint, quis divinet? Tum hæc commentario præmittuntur, quæ Mabillonius pag. 221. Itineris Italici in veterrimo Codice Laurentianæ apud Florentiam Bibliothecæ legit, & ex eo deſcripſit Fabricius (*lib. III. Bibl. lat. c. 15. p. 150.*) Neceſſe autem eſt, ut illa iterum proferam, nam longe aliter heic exſcripta ſunt, atque in Florentino Codice. *Tempore Theoderici* (1) *Regis inſignis auctor Boetius claruit, qui ſua virtute* (2) *Conſul in urbe fuit. Cum vero Theodericus rex voluit tyrannidem exercere in urbe, ac quoſque bonos de* (3) *Senatu neci dare, Boetius dolos ejus effugere geſtiens, quippe bonis omnibus necem parabat, clam* (4) *literis ad Græcos miſſis nitebatur urbem, & Senatum ex ejus manibus impiis eripere* (5), *& eorum ſubdere defenſioni. Hic* (6) *iam Conſul factus, & filios habens iam Conſules cum peritiſſimus factus utriuſque linguæ, Græcæ ſcilicet, & Latinæ rempublicam ad libertatem revocare volebat. Hac de cauſa accuſatus apud Theodericum Regem omnibus bonis proſcriptus, Verone dampnatus, ac Papiæ in exilio miſſus, ibique incarceratus eſt. In hoc librum edidit, imitatus ſcilicet Martianum Capellam Felicem* (7) *qui primus* (8) *de nuptiis Philologiæ eadem ſpecie ſcripſerat. Sed iſte longe & meliori materia cum* (9) *præcellit, quippe qui nec Ciceroni in proſa, nec Virgilio in metris inferior fuit* (10). Unum ſupereſt animadvertendum, Codicem, quo uſus eſt horum commentariorum auctor, prænotatum fuiſſe. *Annii. Mallii. Torquati. Severini. Boetii. Viri clariſſimi. Exconſularis. Ordinarii. Patricii de phyloſophiæ conſolatione.*

VIII.

S. Gregorius Magnus.

Duo Codices ad Gregorium Magnum ſpectant, alter in octavo majore chartaceus, in quo eius dialogi; alter antiquior in 4. membranaceus, in quo *expoſitio* GG (*Gregorii* interpretor ego) in *Parabolis Salomonis*, ſed ſuppoſititium, ut equidem exiſtimo, opus, cujus nulla mentio apud Bellarminum, Labbeum, & Caveum. Adcedit in altero hoc Codice *liber apologeticus beati Jeronimi Presbiteri ad Pammachium.*

(1) Teotrici, Mabill.
(2) Virtute ſua. M.
(3) In. M.
(4) videlicet clam. M.
(5) eruere. M.
(6) Sed poſtquam a Rege reus majeſtatis convictus eſt, juſſus eſt retrudi in carcerem, in quo repoſitus hos libros per ſatyram edidit, imitatus videlicet. M.
(7) Felicem Capellam. M.
(8) primos libros. M.
(9) longe nobiliore materia, & facundia. M.
(10) nec Tullio impar ſit, nec Virgilio in metro inferior floruit. M.

IX.

Digitized by Google

IX.

S. Iſidorus Hiſpalenſis.

S. Uſidori Spalenſis libri tres, ſententiarum ſcilicet, ſive de ſummo bono: extant in membranaceo Codice in fol.

X.

Venerabilis Beda.

Seculi XII. Codex eſt, aut XIII. membranaceus in f., in quo reperi Bedam ſuper Cantica Canticorum. Præterea ſermones aliquot in eo ſunt S. Auguſtini, S Leonis Papæ, S. Severini Epiſcopi (ſeu potius S. Severiani Gabalenſis Epiſcopi, nam Severinus alter Cæſarienſis, cujus ſermones aliquot paſſim viſuntur in Bibliothecis, Epiſcopus non fuit) atque in natali Domini homilia B. Fulgentii.

XI.

Theodemirus Abbas, & Claudius Taurinenſis.

Præclariſſimum ſeculi X. Codicem adgredimur, in quo nemini hactenus nota Theodemiri Abbatis ad Claudium Taurinenſem epiſtola, & hujus ad illum reſponſio, etſi non plane integra, ut dicemus; utraque autem tum ad hiſtoriam Eccleſiaſticorum Scriptorum, tum ad rerum in cauſa Claudii Taurinenſis Iconoclaſtæ geſtarum ſeriem, origineſque dignoſcendas maxime utilis continetur. Ex utraque aliquid delibabo in appendice ad hunc primum librum, atque adnotationibus inluſtrabo.

XII

Johannes Erigena Scotus.

Egregium atque vetuſtum Codicem membranaceum præ manibus nunc habemus, in quo librorum pſeudo-Dionyſii Areopagitæ translatio ab Johanne Erigena Scoto curata extat cum Anaſtaſii Bibliothecarii præfatione.

XIII.

Bruno Signienſis.

Incipit expoſitio quinque librorum Geneſeos a Bruno edita Signienſi Epiſcopo. Habetur in perantiquo Codice membranaceo in f., in cujus fine hæc notavit Amanuenſis.

Gratia cunctorum referatur grata tuorum
Chriſte tibi pſallant operum pia cantica plaudant:
Ut fieret ſcriptum, dedit Archipresbiter iſtud;
Fecit laudetur cui Cantarus auctor habetur

XIV.

Hieronymus Arretinus.

Hieronymi Arretini Epiſcopi ſub annum MCXLIV. Sermones *per anni circulum* Ubaldo Oſtienſi Epiſcopo dicati. Codex membr. in 4.

Digitized by Google

XV.

Gilbertus Porretanus.

Quam Gilbertus Porretanus ſcripſit Pſalterii expoſitionem, habent Canonici in Codice membranaceo in f. *Fuit iſte liber Domini Baſilii, quem judicavit ſacrario ſancti Zenonis.*

XVI.

Petrus Comeſtor.

Johannes Buſæus plures ſermones edidit ſub Petri Bleſenſis nomine aliquorum Codicum inſcriptionibus deceptus. Buſæum redarguit Petrus de Guſſanvilla in editione ejuſdem Petri Bleſenſis, quam Pariſiis curavit anno MDCLXVII., atque ex VII. Codicibus Petro Comeſtori reſtituit. His Guſſanvillæi Codicibus adcedat Piſtorienſis Capituli membranaceus Codex *in 4. majore*, cui titulus: *Ordo ſermonum Magiſtri Petri Manducatoris per anni circulum, non tantum ad clericos ſeculares, verum etiam ad Monachos, & ad Canonicos Regulares*. Vere autem monuit Oudinus (*Comm. de ſcript. Eccleſ. T.* 11. *col.* 1528.) Sermones Petri Comeſtoris in MSS. Codd. aliquando plures, aliquando pauciores, nec eodem modo incipere, nec ordine eodem procedere. LI. edidit Buſæus; at in MS. noſtro ſunt omnino LXXXII., quorum primus eſt, qui in Buſæi editione XXXIX.

XVII.

Anonymi duo.

Addamus anonymorum Codices duos membranaceos, alterum in quarto, in folio alterum. Huic titulus *Liber diverſorum ſermonum:* illi *ſermones prædicabiles.*

CAPUT III.

Conciliorum, & Canonum Codices

I.

Codex Membran. in 4.

In eo I. Synodi A. MCCCVIII. habitæ ab Hermanno Piſtorienſi Epiſcopo. II. Edictum Johannis Epiſcopi Piſtorienſis A. MCCCLXXX. XV. Aprilis emiſſum adverſus eos, qui ipſius conſtitutiones lacerare, aut avellere auderent. III. Synodus Piſtorienſis A. MCCCCVI. ſub Martino Epiſcopo. IV. Conſtitutiones Cardinalis Johannis Legati Etruriæ ad reformandos Cleri mores. V. Conſtitutio Eugenii IV. Hæc omnia in noſtris Anecdotis brevi typis excuſa dabimus.

II.

Digitized by Google

II.

Codex Membran. in f.

In eo I. *Disciplina cleri, seu statuta in Concilio Aquisgranensi anno DCCCXVI. de vita Canonicorum*, scripta X. aut etiam ipso IX., quo edita sunt, seculo. Illa cum editis a Labbeo, atque Harduino contulimus, ac P. Johanni Dominico Mansio nuper tradidimus in suis ad concilia adcessionibus edenda.

II. *Terræ sanctæ descriptio* recentiore manu exarata, cujus initium: *Cum bone memorie dominus Innocentius Papa pro liberatione Terre sancte orbem terrarum*.

III. Friderici Imperatoris leges editæ mense Novembri anno MCCXX. *Doctoribus, & Scolaribus Bononie commorantibus*.

IV. Literarum *Formatarum* scribendarum ratio.

V. Formula in electione Canonicorum. Eam paucis ab heinc annis edidi in opusculis R. P. Calogera (T. XXX. p. 500.)

VI *Breve recordationis de Thesauro Ecclesie S. Zenonis*. En ceteris prætermissis, qualem habuerit circa XII. seculi finem pro temporum conditione non contemnendam librorum supellectilem. *Amallarius. Isidorus ethimologiarum. Moralia* (Gregorii suspicor) *in duobus voluminibus. Passionalis in duobus voluminibus. Prima pars Bibliothecæ* (superinductum a recentiore quopiam *& secunda*) *Omeliaris in duobus voluminibus. Apocalypsis cum Johanne os aureo, & Ambrosio de Sacramentis. Norma. Dialogus. Tractatus epistolarum. Tractatus Matthei, & Johanni. Alius Marci, & Luce. Liber Psalmorum. Augustinus in duobus voluminibus. Expositio Remigii* (Antissiodorensis) *super Psalmos, cantica canticorum. Duo Brocardi. Liber conciliorum. Ordo Romanus. Josephus. Augustinus de Baptismo. Expositio Danielis. Summum bonum Isidori. Paterius. Textus Eug. vetus. Sermonarius* (*in duobus voluminibus* additur ab alio Scriptore) *Liber decretorum vetus. Liber decretorum* (*novus*, ut in margine legitur ab alio scriptum). *Beda. Scarpso. Specialis. Zmaragdus.* (Quæ sequuntur, a recentiore scriptore exarata sunt). *Liber Conciliorum novorum. Jeronimus super gravissimas questiones Hebraicas. Bruno super Pentateuchum. Expositio libri Regum. Expositio Gregorii & Jeronimi super Ezechiel. Glossarius. Augustinus de civitate Dei. Origenes super Pentateuchum. Ambrosius de Paradiso. Expositio Jeronimi super epistolas Pauli. Augustinus de spiritu & litera. Augustinus de domo* (sic) *discipline, & de decem chordis, & encheridion in uno volumine. Expositio magistralis super Psalterium. Dionisius Areopagita. Antiphonarius. Expositio Jeronimi super XII. Prophetas.*

VII. Ejusmodi adnotatiuncula. *Dominice Incarnationis anno millesimo centesimo quinquagesimo primo dedicatum est in Ecclesia S. Zenonis altare unum in*

honore

Digitized by Google

honore S. Proculi . . . . facta est autem eadem consecratio tempore domini Pape Eugenii tertii, Episcopatus vero Actonis Episcopi Pistorienſis anno nono decimo VII. Kalendas Decembris in festivitate S. Prosperi. Ferme dixerim ab æquali ſcriptore hæc adnotata.

VIII. Martyrologium Adonis mutilum. Nam libellus de Feſtis Apoſtolorum a Feſto S. Andreæ initium habet. Antiquo ſane charactere perſcriptum eſt hocce Martyrologium, quod cum Roſvveidiano contulimus, varias lectiones in appendice edituri.

IX. Calendarium ad uſum Piſtorienſis Eccleſiæ jam ſanctis adſcripto Franciſco Aſſiſinate confectum. Et hoc ibi vulgabimus.

III.

Codex Membr. in 8.

Summa Burchardi

IV.

Codex Membr. in 4.

Tabula Decretalium

V.

Codex in 4. Chartaceus.

Fratris Martini Ordinis Predicatorum, ac D. Pape Pœnitentiarii, & Cappellani alphabetum ſuper decretum, & decretales. Scriptus eſt Codex an. 1486. ab Hieronymo Zenonio Canonico Piſtorienſi. In Codice Bibliothecæ Paulinæ Lipſienſis alphabetum hocce prænotatur: *Martini Poloni ſumma Alphabetica ſuper decretum, & decretales, Martiniana dicta*. Bellarminus, Labbeus, Oudinus, & Caveus toti ſunt in Chronico Martini expendendo, nihilque de hac ſumma habent.

VI.

Codex Membr. in f.

Sextus Decretalium cum additionibus Johannis Andreæ, quem Hieronymus Zenonius nuper citatus donavit *Bibliothecæ S. Zenonis pro remedio animæ ſuæ* anno Domini MCCCCLXXXVIII.

VII.

Codex in f. Membr.

Clementinæ cum apparatu Domini Johannis Andreæ, ex dono ejuſdem Zenonii Canonici.

Digitized by Google

VIII.

CODEX MEMBR. IN 4. MAJ.

Quinque libri ſententiarum. Earum prima eſt ex Hieronymo, *quod Deus dicatur inviſibilis*. Similem ſententiarum ex Patribus Codicem, ſed Italice verſum ſervat Lagomarſinius.

IX.

CODEX IN F. MEMBR.

Liber Iſidori continens ſententias canonum, ac ſuppoſititias illas Decretales, quas Fleury in ſua Eccleſiaſtica hiſtoria ceu diſciplinæ Eccleſiaſticæ peſtem execratur, zelo haud ſatis *ſecundum ſcientiam*, ut docti viri demonſtrarunt. Codex eſt vetuſtiſſimus.

X.

CODEX MEMBR. IN 4.

Synodi Hermanni, & edictum Johannis Epiſcoporum Piſtorienſium, de quibus Codice I. Præterea Donati de Medicis conſtitutio, ſanctiones Johannis Cardinalis legati, quas citato loco memoravimus; demum Thomæ Epiſcopi Recanatenſis, & Maceratenſis leges Canonicis latæ, quæ in ſequenti quoque Codice exſtant.

XI.

CODEX MEMBR. IN 4. MAJ.

In eo I. *Breve Eugenii IV. venerabili Fratri Thomæ Epiſcopo Recanatenſi, & Maceratenſi* 1435. 9. *Kal. Januar. Florentiæ de reformatione Canonicorum*.

II. *Caſſatio antiquarum conſtitutionum facta per Thomam Recanatenſem, & Maceratenſem Epiſcopum auctoritate Eugenii IV.* Ejuſmodi conſtitutiones, quas ſuſtulit Thomas, editæ fuerant per *ven. Virum Dominum Bernardum Abbatem Monaſterii de Podio Bonizi Florentinæ Diœceſeos, viſitatorem, correctorem, reformatorem, ac etiam ordinatorem Eccleſiæ Piſtorienſis per felicis recordationis Dominum Bonifatium divina Providentia Papam IX. ſpecialiter electum, & ordinatum*.

III. Conſtitutiones ejuſdem Thomæ anno MCCCCXXXVI. indictione XIV. XIX. Januarii, aliaque acta Capitularia.

XII.

CODEX MEMBR. IN F.

In eo I. Sermo Beati Hieronymi ad Damaſum Papam *de partibus oblationum*.

Digitized by Google

II. Reſcripta Damaſi Papæ.
III. Canones aliquot.
IV. *Burchardus ſolo nomine Guormatientis Epiſcopus Bruchoni filio ſuo.*

XIII.

Codex Membran. in f.

Videtur hic Codex ab eodem, quo nuper deſcriptus, Amanuenſe exaratus XII. ſeculo. Burchardi hic quoque decretum continet *Brunichoni* inſcriptum. Adcedunt recentiores aliquot Canones, & Breve ejuſmodi.

Eugenius Epiſcopus ſervus ſervorum Dei ven. Fratri A. Florentino Epiſcopo ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem. Ex literarum tuarum inſpectione cognovimus, quod quidam Parrochianus tuus puellam quamdam, cum jam ad annos pubertatis veniſſet, ſponte deſponſavit. Tandem vere pœnitens aliam prohibente Eccleſia Sr. duxit, & cognovit. Quia igitur primam legittime deſponſavit, & ſecundam poſtea contra prohibitionem Eccleſiæ Sr. duxit, per Apoſtolica tibi ſcripta mandamus, atque præcipimus, quatinus ipſum a ſecunda ſeparari, quam contra prohibitionem Eccleſiæ duxit, & ad ſponſam redire, quam publice, & legitime deſponſavit, diſtricte commoneas. Quod ſi contemptor extiterit, in ipſum, & Sr. ductam, occaſione, & dilatione remota, excommunicationis ſententiam proferas, & donec ad primam redeat, eamque tamquam legitimam uxorem recipiat, eamdem excommunicationis ſententiam firmiter facias obſervari. Datum Viterbii IV. Idus Decembr. *Breve hoc Eugenii III. ut credam, facit* Epiſcopi *non Archiepiſcopi nomen, quo Florentinus Antiſtes adpellatur. Alius autem, ſeu Azo Eugenii III. temporibus Epiſcopus præerat Florentinæ Eccleſiæ. Hunc autem litera A. denotari arbitror.*

XIV.

Codex membr. in 4. maj.

Liber Ordinis Romani, vel Canonum. Sub initium hujus Codicis, cujus primus titulus eſt *de primatu Romane Eccleſiæ*, deſcriptus eſt Index Regum Langobardorum, Imperatorum, ac Pontificum: Catalogus porro iſte Pontificum Calixtum poſtremum exhibet tum viventem; nam ibi legitur: *Calixtus ſedit annos*, numerus autem annorum adſcriptus haud eſt; tum ab alio recentiore Scriptore additum fuit, *Honorius ſedit ann. V. M. II. D. III. Innocentius II. ſedit ann. XIII. M. VII. D. VIII.* Itaque heinc annum, quo ſcriptus eſt Codex, facile eruo. Calixtus II. (is enim ibi notatur) Pontifex renunciatus eſt anno MCXIX. Sedit autem annis V. Hoc ergo quinquennio ab anno MCXIX. ad MCXXIV. exaratus fuit Codex; imo vero ante Calixti obitum, tunc enim anni, quibus ſedit, fuiſſent, ut in aliis Pontificibus, adnotati.

Quod autem ante Catalogum Romanorum Pontificum, Regum, & Imperatorum, catalogus legitur, cujus hæc poſtrema verba: *anno Domini* 1027. *Indict.* 10. *Claumradus Romæ coronatus eſt ipſa die Dominicæ Reſurrectionis ſeptimo Kal. Aprilis Indict.* 10., videtur deinde additum. Ultimus

hujus

Digitized by Google

hujus libri titulus eſt, *de accuſatis, qualiter ſe exſurgent*. Poſt hunc titulum Nicolai Pontificis epiſtola legitur: *omnibus Epiſcopis Amalfitanæ ſedi ſuffraganeis, cunctoque clero & populo*. Tum ſequitur: *anno Dominicæ Incarnationis* 1123. *indict. prima 6. Kal. Aprilis, celebratum eſt ſecundum, & generale Concilium in Lateranenſi Eccleſia a Domino Calixto Papa ſecundo, conveniente maximo cœtu Archiepiſcoporum, Epiſcoporum, Abbatum, & Religioſorum, Clericorum, atque Laicorum, in quo inter regnum, & ſacerdotium pax redintegrata eſt*. Ex hoc autem Concilio aliqua Capitula adnotantur. Clauditur volumen paucis aliis capitulis ex Auguſtino, Hieronymo, Joanne *os aureo* deſumtis. Non omnia tamen, præſertim ſub finem, eadem, qua cetera, manu deſcripta ſunt. Tribuunt nonnulli hæc decreta Ivoni Carnotenſi; malim ego incerto collectori illa adſcribere.

XV.

Codex Membran. in 8.

Hic Codex inſcribitur: *Canones, & documenta Doctorum*. Hoc ejus initium. *Incipiunt Capitula, quæ ex Græcis, & Latinis Canonibus, & Sinodis Romanis, atque Decretis Præſulum, ac Principum romanorum ſparſim collecta ſunt, WengilKanno Mediomatricæ Urbis Epiſcopo Romæ a Beato Papa Adriano tradita* XIII. *Kal. Oct. Indict. 9. quando pro ſui negotii cauſa agebatur. Dei ordinationem accuſat, in qua conſtituuntur, qui Epiſcopos accuſat, vel condemnat*. Hic autem capitulorum finis: *Item generali Decreto conſtituimus, ut exſecrandus anathema ſiat, & velut prævaricator catholicæ fidei ſemper apud Dominum exiſtat quicumque Regum vel Potentum deinceps Canonum cenſuram in quocumque crediderit, vel permiſerit violandam*. Tum ſequuntur plures ſententiæ ex ſacris Bibliis depromptæ.

XVI.

Codex Chartaceus in f.

Hunc librum a. 1734. deſcripſit Canonicus Annibal Maria Brunotius: in eo autem ex autographis, aut antiquis apographis Bullas, & diplomata exaravit ab anno 1088. ad 1518., quæ ad Capitulum Piſtorienſe ſpectant.

Digitized by Google

CAPUT IV.

Codices Liturgici.

I.

Codex membr. in f.

Pontificale longe antiquiſſimum. Ibi: *Ordo Proceſſionis ad Eccleſiam, ſive Miſſa ad Romanos: Ordo Proceſſionis, ſi quando Epiſcopus feſtivis diebus Miſſam celebrare voluerit: Oratio ad Diaconam faciendam: Examinatio in ordinatione Epiſcopi ſecundum Gallos, ubi hæc inter alias legitur interrogatio: Vix? (vis?) ſanctæ Mogozzienſi Eccleſiæ, mihi, & ſucceſſoribus meis fidem, & ſubiectionem exhibere?*

II.

Codex Membran.

Ordo de divinis officiis ſecundum Piſtorienſis Eccleſiæ conſuetudinem. Meminit hujus Codicis Franciſcus Bonacchius (*lib. II. de Martyr. S. Zenonis cap.* 11. *p.* 68.) ejuſque vetuſtatem jure optimo arguit ex titulo *de reconciliatione pœnitentium* ab Epiſcopo publice facienda feria V. in Cœna Domini. Quæ in eo titulo præſcribuntur, ejuſmodi ſunt: *ſciendum quod hac die aliquantulum poſt Tertiam major campana ſemel pulſatur, & .... ut penitentes reconciliandi ſe apud majorem Eccleſiam repreſentent, & tunc Epiſcopus indutus camiſio, & plebali, ac paſtorali, mitra, & ſtola accedit cum Canonicis, & aliis Clericis, Cruce præeunte, ad anteriorem partem Eccleſiæ reconciliaturus penitentes. Aſſunt etiam ibi Archipresbiter indutus plebali, & Dyaconus camiſio ſine Dalmatico, in qua Epiſcopis reconciliat penitentes, ſicut in ordinario continetur.*

III.

Codex Membran.

Ordo officiorum Eccleſiæ Piſtorienſis. Recentior Codex, in eo enim reconciliatio pœnitentium prætermiſſa eſt.

IV.

Codex Membr. in f.

Miſſale ſatis vetuſtum ſub finem mutilum. Inter alias Miſſas hæ tres in eo leguntur, *Miſſa Corone Domini*, *Miſſa pro temptationibus inimicorum inviſibilium, & cogitationibus cordis*. Ac Miſſa *contra judices male agentes*.

In

Digitized by Google

In ſeſto vero Nivis loco libri Sapientiæ hæc lectio præſcribitur: *Vas caſtrorum in excelſis, in firmamento celi reſplendens, ſpeties celi, gloria ſtellarum, mundum illuminat excelſus Dominus. In verbis Domini ſancti ſtabunt ad judicium, & non deficient in vigiliis ſuis. Vide arcum, & benedic, qui fecit illum: valde ſpecioſus eſt in ſplendore ſuo. Giravit celum in circuitu ſuo glorie ſue. Manus excelſi aperuerunt illum imperio ſuo: acceleravit nives, & acelerat coruſcationes emittere judicii ſui.* Sed tria adhuc in eo ſunt animadverſione digniſſima, quæ in Canone Miſſæ reperi. Nam *ad Communicantes* poſt ſanctorum Coſmæ, & Damiani nomina pergit Codex: *Zenoni, & Nicholai & omnium Sanctorum tuorum, necnon & illorum martyrum, quorum hodie ſolempnitatis in conſpectu glorie tue celebratur triumphus, quorum meritis* &c. Præterea peculiare aliud *Communicantes* ibi notatur; *Communicantes, & diem ſacratiſſimum celebrantes, quo Dominus noſter Jeſus Chriſtus pro nobis eſt traditus, ſed & memoriam . . .* Tandem ad *memento* (ut omittam *Regis noſtri* mentionem fieri paullo antea poſt ea verba *Antiſtite noſtro*) hæc accedunt præter noſtrum morem ad illud *nota devotio. Mihi quoque indigno peccatori famulo tuo propitius eſſe dignare, & cum his omnibus me a cunctis munda delictis, pro quibus* &c.

V.

Codex membr. in 8. min.

Breviarium Romanum.

VI.

Codex membr. in 4.

Choralis liber inſcribitur: antiphonarium & reſponſorialem librum puto ſatis antiquum. Ejuſmodi duos alios habet hoc ipſum archivum.

VII.

Incipit & ſequitur ſecunda pars lectionarii ſanctorum pro tempore exiſtentium: *a feſto* autem S. Criſtophori ducit initium. In eo lectiones S. Dominici Ordinis Prædicatorum fundatoris celeberrimi reperi, ubi de ejus nobilitate ne μὸ quidem, quum tamen dicatur: *ex Hiſpanie partibus Villa quondam Calaruga Oxomenſis Dyoceſis oriundus*. Vides heinc, ad quod circiter ſeculum ſpectat Codex.

VIII.

Codex membran. in f. maj.

Fragmenta Homiliarii de feſtivitatibus totius anni. Collegit hæc, ac ſequentia fragmenta jamjam peritura juſſu Illuſtriſs. ac Reverend. D Scarfantonii Canonici, atque Illuſtriſs. ac Reverendiſs. Epiſcopo Piſtorienſi Frideri-

Digitized by Google

derico Alamanno longe cariſſimi generalis Vicarii, diligens, ac veteris ſcripturæ ſcientiſſimus ſacerdos Joſephus Borellius. Recentiſſimus inter eos, quorum heic homiliæ habentur, ſi recte memini, eſt Paullus Diaconus.

IX.

Codex membran. in f. maj.

Alia fragmenta Homiliarii de *feſtivitatibus totius anni*. In hoc ſermo de *Aſſumptione B. M. Virg.* olim XVIII. inter ſermones S. Auguſtini de ſanctis, ſed a Lovanienſibus, ac Maurinis merito rejectus in appendicem Authperto Abbati Caſinenſi tribuitur, non Fulberto Carnotenſi, ut in aliis Codicibus.

X.

Fragmenta alia Homiliarum, itemque Actorum ſanctorum. Heic autem in actis B. Donati Arretini, qui ab Uſuardo VII. Auguſti celebratur, Hilarinus Donati ſocius *Hilarianus* perpetuo dicitur, nihilque de Oſtia habetur, ſed utriuſque ſancti corpora perhibentur *a Chriſtianis collecta, & in pace ſepulta juxta Civitatem Arretinam in poſſeſſionem, ubi domum ſibi ad ſepulturam Beatus Donatus deſignaverat*. Fragmenta iſthæc ad illa ſpectant Bibliothecæ Homeliaris volumina, quæ ſub ſeculi XII. finem poſſidebat Eccleſia Sancti Zenonis, ut vidimus cap. IV. n. 11. Judicium heinc fiat de Codicum iſtorum antiquitate.

XI.

Codex Membr. in 8.

Liber ymnorum per totius anni circulum. Additur ſumma virtutum.

XII.

Codex Membr. in 4.

In nomine ſumme & individue Trinitatis, incipit Micrologus, ideſt brevis ſermo in muſica. Cave autem putes, Micrologum hunc librum illum eſſe de *eccleſiaſticis obſervationibus* a Pamelio excuſum Antuerpiæ CIↃ.IↃ.LXV. Guidonis Arretini Monachi liber eſt, de quo Poſſevinus noſter, & ex eo Oudinus in *ſuppl. Bell.* quod vel ex epiſtola diſcimus libro præfixa, inſcribitur enim *Epiſtola Guidonis ad Teobaldum Aretinæ* (ſic) *Epiſcopum*.

CA-

Digitized by Google

CAPUT V.

Codices Miſcellanei.

I.

Codices Ascetici.

TRes Aſceticos Codices habet Capitulare Archivum, chartaceum unum in 4. *maj.*, in quo P. Cavalcæ *Speculum Crucis* Italice ſcriptum, ac vitæ Sanctorum aliquot; tum Apocalypſis, Symbolum Pſeudo-Athanaſianum. S Laurentii acta, omnia Italice reddita; alterum membran. in 8. inſcriptum: *Liber clauſtralis*, cujus hoc eſt initium: *Locuturus Kariſſime de his quæ ad ædificationem clauſtri materialis pertinent*; tertium vero item in 8. membranaceum, in quo *liber* (de contemptu mundi, ſeu miſeria hominis) *Lotharii Levite Cardinalis Sicilie* (fuit is poſtea Innocentius III.) *Domino Patri Kariſſimo P. Dei gratia Portuenſi Epiſcopo* (Petro ſcilicet Gallociæ Romano, de quo Ughellius in Portuenſibus Epiſcopis *T.* 1. *Ital. Sac.*). Reperias in eodem libro quædam pro concionibus, & *ſummam Magiſtri Gerardi de Caſibus*. His adde Codicem alium chartaceum in 4. *maj.*, qui duo hæc opuſcula complectitur, *Tractatum moralem de oculo*, & conſilium Marſilii Ficini *ſuper peſte* Italice ſcriptum.

II.

Codices Theologici.

I. *Liber Auguſti Petri Lombardi*. Codex Membr. in f.

II. *Libri tres Sententiarum ſecundum Fr. Hannibaldum Cardinalem Ordinis Fratrum Prædicatorum*. Conſulendus de his libris præter Altamuram, & Echardum Oudinus (*T.* III. *Comment. de Script. Eccl. col.* 470.).

III.

Codices Philosophici, et Medici.

Unum Codicem chartaceum *in* 4. ſervat Capitularis Bibliotheca, in quo Philoſophica. Hæc autem ſunt opuſcula ibi contenta. 1. Suppoſitiones Magiſtri Marſilii Pariſienſis *explectae*, ut in fine legitur, *per me Johannem de Odorio hora tertiarum*. 2. Tractatus alter rerum philoſophicarum. 3. Tractatus *de relativis Mag. Guillielmi Heutysberi*. 4. Tractatus *de maximo, & minimo*. 5. Tractatus *de primo, & ultimo Gualteri Burler Anglicani* (alias Valterii, ſeu Gualteri Burlaci) qui in fine Codicis *Anglicanus Fantaſticus adtellatur*. 6. Tractatus *Sophiſticorum*.

Philoſophico Codici alterum adtexo medicum, membranac. *in* 4., in

quo

Digitized by Google

quo præter curas Magiſtri Plateani, ſeu potius Platearii, legitur, *Liber diviſionum translatus a Magiſtro Girardi Cremonenſi in Toleto*. Extat & in Bibliotheca Laurentiana liber hic diviſionum *pluteo* LXXIII. Cod. XXII. non X. ut perperam ſcribitur in Montfauconii Bibliotheca Bibliothecarum (p. 382.) Heic autem prænotatur Codex in hunc modum: *Liber diviſionum Arazi verba Ahub filii Zachariæ Arati translatus* a M. *Gyrardo Cremonenſi* (ſeu potius Carmonenſi Hiſpano: vide Fabricium Bibl. Med. & inf. Lat. L. VII. p. 113.) *in Toleto de Arabico in latinum*. Huic tertius quidam liber adcedit membranaceus *in* 4., in quo 1. *Mutilus liber de ſignis prognoſticorum ad infirmitatem, vel ad ſalutem, vel ad mortem attinentium*. 2. Canonum fragmentum. 3. Fragmentum Dialecticæ. 4. Antiquum, præclarumque fragmentum Capitulorum Regulæ S. Benedicti. 5. Alia plura variorum tractatuum fragmenta.

IV.

Codices Juris Civilis.

I. Codex membr. in 4. maj. inſcriptus: *Codex Juſtiniani*.

II. Codex in f. membr. *Liber authenticorum prænotatus*.

III. Codex membr. in f. Titulus Codicis eſt: *Domini Juſtiniani ſacra. Principis perpetui auguſti ex omni veteri jure collecta, digeſta, ſeu Pandectæ. Incipit liber* XXXIX. *de operis novi nuntiatione*. Ultimus liber quinquageſimus eſt. Adduntur *gloſſæ*. In fine Codicis hæc notata reperi. *Iſte liber eſt mei Johannis Ser Bartholomæi de Giannettis de Piſtorio, quem emi Florentiæ ad uſum mei a quodam cartulario pro pretio Ducat.* XIV. *cum dimidio in anno* 1451.

IV. His Codicibus addo egregium membranaceum Codicem, in f. in quo *Regeſtum contractuum. Capituli Piſtorienſis ab anno DCC. ad annum MCC.*

V.

Codices Historici.

I. Codices Papyracei duo in f. In his hiſtoria Piſtorienſis Urbis a Pandulpho Arfaruolo Italice deſcripta.

II. Codex item Papyraceus in f., qui Piſtorienſium Epiſcoporum res geſtas continet auctore Presbytero Joſepho Borellio.

VI.

Codices Grammatici, ac Literarum humaniorum.

I. Grammatica Græca. Codex membr. 8.

II. Laurentii Vallenſis elegantiæ. Codex membr. in f. ſcriptus anno MCCCCLXX.

Digitized by Google

III. Quinctiliani Inſtitutiones, quibus additur *Prologus, ſive Epiſtola Ariſtotelis ad Alexandrum in Rhetorica ſua*. Codex chartaceus in 8.

IV. *Poetria novella edita a Mag. Ghalterio* (ſic) *de Anglia* cum commentario. Poema hoc editum eſt ex quatuor MSS. Codd. a Polycarpo Leiſero Halae Magdeb. 1721. *in hiſt. Poet. & Poematum medii aevi*. Vide Fabricium *lib. IV. Bibl. lat. c.* 11. *n.* 8. Oudinus *T.* 11. *comm. de ſcript. Eccl. col.* 1678. Anglicanos Poetriæ Codices enumerat. Extat & in Bibliotheca Veneta S. Marci Cod. CCCCLXI. Ad auctorem vero Gualfridum de vino ſalvo quod adtinet, cujus nomen conruptum vides in Codicis epigraphe, hæc de eo commentarii auctor ſub initium: *Gualfridus de Anglia, qui licet in Eccleſiaſticis artibus glorioſus fuerit, tamen in arte rectorice ſingularis.* Gualfridi Poetriam excipit in eodem Codice ſimul compacta pars illa comœdiæ Dantis, quæ prænotatur *Paradiſus*. Sæpe memoratus Canonicus Zenonius anno MCCCCLXXXVIII. Codicem hunc Capitulo dono dedit.

CAPUT VI.

Seu appendicula editionum aliquot antiquarum.

Anno CIↃCCCCLXXV.

I.

CL. PTolomæi *Alexandrini Coſmographia*. Hæc in extrema libri pagina leguntur.

„ Angelus Vadius, & Barnabas Picardus Vicentinus lectori ſal.
„ Habes lector, quantum per nos fieri potuit, accuratiſſimum librum,
„ in quo ſi forte quid te offenderit (non enim confidimus omnia ad
„ unguem exegiſſe) ne propterea quæ recta ſunt, aſperneris, roga-
„ mus. Vale.

„ En tibi lector Coſmographia Ptolomæi ab hermano levilapide Co-
„ lonienſi Vicenciæ accuratiſſime impreſſa, Benedicto Triviſano, &
„ Angelo Michaele præſidibus. M.CCCCLXXV. Idib. Septembris.

Liber eſt (quod ajunt) in folio, atque ab Orlando memoratur (pag. 175. operis prænotati: *Origine, e progreſſi della Stampa*, quod heic ſæpe citabo.)

II.

Concluſiones, ſive deciſiones de conſiliis venerabilium virorum Dominorum Sacri Palacii Apoſtolici cauſarum Auditorum de tempore, quo Reverendiſſimus Pater Dominus Bernhardus de Biſgneto Sancte Romane Eccleſie Cardinalis vir utique magne

Digitized by Google

ſciencie, & clari intellectus erat ejuſdem Palacii cauſarum Auditor, per eumdem Dominum Bernhardum de Biſgneto recollecte, & per Johannem de Molendino de benignitate Sedis Apoſtolice perdicte (ſic) *Rectorem parochialis Eccleſie in Lemmeſel Rigenſis Dioceſis ſcripte de anno Domini* M.CCCLXXVII. *Pontificatus Domni Gregorii Pape* XI. *anno ejus ſeptimo. Impreſſe Rome per venerabilem virum magiſtrum Georgium Laur. de Herbipoli. Anno Jubilei* MCCCCLXXV. *die vero Lune* XX. *Novembris Pontificatus Sanctiſs. in Chriſto Patris, & Domini noſtri Domini Sixti divina Provvidentia Pape quarti anno ejus quinto finiunt feliciter.* Bernardum, qui heic nominatur, de *Biſgneto* S R. E. Cardinalem intelligo Bernardum de Boſqueto, de quo Ciacconius Oldoini (*T.* 11.) & Ughellius in Neapolitanis Archiepiſcopis (*Tom. IV. Ital. Sacr. p.* 132. *recentiſs. edit.*) Quum autem Bernardus hic anno MCCCLXXI. obierit, ſex ab ejus morte annis ſcriptas fuiſſe heinc diſcimus ejuſmodi deciſiones ab Johanne de Molendino. Orlandus hanc editionem non vidit.

Anno M.CCCC.LXXVII.

Viri excellentiſſimi artium, & Sacre Theologie divi Monarce, ſummique Profeſſoris ſuper 11. *ſententiarum Domini Bonaventure Minorum ex Ordine opus præclariſſimum feliciter incipit.* In fine autem hæc adſcribuntur. *Religioſi Patris Bonaventuræ Ordinis Minorum veritatis Theologiæ Prefeſſoris eximii, Sacræque Apoſtolicæ Sedis Cardinalis ſuper ſecundum ſententiarum ſcriptum finit per excellentiſſimum Sacræ Theologiæ Doctorem Magiſtrum Thomam Penketh Anglicum Ordinis Fratrum Heremitarum Sancti Auguſtini in famoſiſſimo ſtudio Patavino ordinarie legentem maxima cum diligentia emendatum. Anno ſalutis noſtræ* M.CCCCLXXVII. *per Theodoricum de Reynsburch, & Reynaldum de Novimagio ſocios Venetiis feliciter impreſſum.* Ignoravit de hac editione Orlandus, quæ in *folio* eſt, ut conſueto utar, receptoque ab iſtiuſmodi rerum tractatoribus vocabulo.

Anno M.CCCC.LXXVIII.

I.

Criſpi Saluſtii de coniuratione Catilinæ liber incipit. Ad calcem autem hæc habemus notata: *impreſſum Florentiæ apud Sanctum Jacobum de Ripoli* MCCCCLXXVIII. Habet & hanc editionem inter alias non ita paucas vetuſtiſſimas P. Hieronymus Lagomarſinius vir omni literarum genere excultus, mihique in paucis Societatis noſtræ hominibus amiciſſimus; ſed latuit illa viros de Bibliothecaria re optime meritos Fabricium in *Bibl. Latina*, & Orlandum.

II.

Liber Petri Creſcentii de Agricultura. Sub ejus finem notatur locus, annuſque editionis in hæc verba: *Impreſſum eſt hoc opus Florentiæ per me Nicholaum Dio-*

Digitized by Google

Dioceſis Vratislavienſis die XV. *menſis Julii anno Domini* MCCCCLXXXVIII. Meminit hujus editionis Orlandus (pag. 132.), qui tamen ſequentem prætermiſit.

III.

Sexti libri Decretalium præclarum opus cum gloſis (ſic) *Jo: Andree juris Canonici luminis Rome impreſſum per venerabilem Virum Magiſtrum Vdalricum Gallum almanum alias han. Anno Domini* M.CCCCLXXVIII. Aliam ſexti hujus Decretalium libri editionem *cum certis additionibus Joannis Andreæ* ab Orlando item omiſſam poſſidet Lagomarſinii noſtri Bibliotheca, *per Andream de torreſanis de Aſula Venetiis impreſſioni operam dantem anno Domini* MD. *die vero* XII. *Januarii*.

Anno CIↃ.CCCC.LXXIX.

Secundus liber ſecundæ partis Beati Thomæ de Aquino Ordinis Prædicatorum. Editus eſt Venetiis hoc anno CIↃ.CCCC.LXXIX. Deſideratur autem Typograhi nomen, ut monuit etiam Orlandus (p. 61.).

Anno CIↃ.CCCC.LXXXI.

Titulum Libri, quidve contineat, diſcimus ex iſta adnotatione, quæ volumen claudit. *Finis commentariorum ſuper Canone (Regula) Divi Auguſtini omnium Doctorum parentis a Reverendo Patre Ambroſio Theologo Chorolano Civi Romano univerſi Ordinis Eremitarum Sancti Auguſtini Priore generali* (Scite ergo Robertus Gerius in appendice ad Cavei hiſtoriam literariam *pag. mihi* 324. Voſſium notat, qui Dominicanorum coetui adſcripſit Coriolanum) *editoris, & impreſſoris* (lege : *editorum, & impreſſorum*) *Rome a Magio* (*Magiſtro*) *Georgio Herlot de Bamberga* (fruſtra hunc typographum quæras apud Orlandum, etſi *pag.* 316. ipſam hanc editionem indicat a Gerio quoque adnotatam) *Divo Sixto quarto Pont. Maximo ſedente anno* IX. *ſui Pontificatus : die octava Decembris*. MCCCCLXXXI.

Anno CIↃ.CCCC.LXXXIII.

S. Cypriani epiſtolæ. In fine legitur. *Divi Cæcilii Cypriani viri ſanctiſſimi, & eloquentiſſimi epiſtolas exactiſſime recognitas Lucas Venetus Dominici filius ſolita diligentia impreſſit Venetiis anno ſalutis* MCCCCLXXXIII. *pridie nonas Decembris*. Tum adſcripta eſt hæc notatio manu Hieronymi Zenonii Piſtorienſis Canonici : *Ego Hieronymus Zenonius Canonicus Piſtorienſis dono hunc librum Bibliothecæ Sancti Zenonis pro remedio animæ meæ anno Domini* M.CCCCLXXXVIII., ubi Bibliothecam Sancti Zenonis Capitularem Bibliothecam intelligit. Hæc editio ignota fuit Fabricio, qui (*l.* IV. *Bibl. lat. c.* 3. *pag. mihi* 285.) Cypriani editiones recenſet, & Caveo (*in hiſt. liter. p.* 80.), non tamen Orlando, qui illam indicat (*p.* 318.).

Digitized by Google

Anno CIↃ.CCCC.LXXXVII.

Fratris Cherubini Minorum Ordinis ad Jacobum de Borgiannis ſpiritualis vite compendioſa regula quædam. Hic libri titulus: Typographum Orlando ignotum diſcimus ex hac adnotatione in operis calce typis excuſa: *Impreſſo nella inclita e magna Cipta di Firenze a di* XIII. *Luglio* M.CCCCLXXXVII. *per me maeſtro Jacopo di Karlo di Giovanni Clerico Fiorentino*.

Anno . . . . . .

Rubricæ. In fine iſthæc legas. *Finit lectura Domini Nicholai ſuper tertio*. Hoc autem opus aliud in eodem volumine ſequitur hoc titulo. *Solennis repetitio Domini Nicholai*. §. Qui vero, c. extirpandæ de prebendis, *que in lecturis ordinarie non habetur*. Nicolaus hic dubio procul eſt Nicolaus Simonis Batavus ex præclaro Carmelitarum ordine. De eo Henricus Wharton (*in app. ad Cavei hiſt. literar. p.* 146.), & Orlandus (*p.* 371.), ubi illum ait vixiſſe uſque ad annum 1495. quum Whartonius obiiſſe dicat grandævum Harlemii anno 1511. Neuter vidit hancce editionem nulla loci, temporis, ac Typographi nota diſtinctam. Fortaſſis etiam opera heic recenſita alia ſunt ab iis, quæ horum uterque recenſet.

PARS III.

MSS. Codices, qui in Bibliotheca Piſtorienſis, ut ajunt, Sapientiæ adſervantur, ſeu de iiſdem Codicibus Fran. Ant. Zachariæ ad Hieronymum Lagomarſinium Epiſtola, anno 1744. *primum excuſa* T. XXX. *Collectionis Calogerianæ p.* 437. *nunc emendatior, & auctior.*

I. QUum inſtituiſſem ad te ſcribere de MS. Aſconii Codice, de quo tu nuper ad me, ſubito mutavi conſilium. Neque id injucundum tibi fore arbitror, aut ab ſtudiis tuis alienum; quod enim exquiſieràs, grandi fœnore accipies. Neſcio, an mentem meam adſequare. Ut Aſconium tuum conſulerem, quæque ad rem tuam faciunt, exſcriberem, multus qui erat in aliis Codicibus, pulvis fuit excutiendus; neque enim aut liber ille exteriore ullo ſigno diſtinguebatur a ceteris, aut præſto aderat eruditus vir quiſpiam, a quo doceri de illo poſſem. Exiſtimabam ferme deperditum eſſe; & hercule erat, cur timerem, quum & aliis quamplurimis (quod poſterius dicam, & certe commodius) idipſum adciderit. Repertus eſt demum; ſed nolui, quem ſubieram, inanem omnino fuiſſe laborem. Itaque nonnulla etiam adnotare libuit de Codicibus ceteris; nunc vero ea quoque ad te mittere ſtatui. Tu probabis.

II.

Digitized by Google

II. Sed antequam ad iſthæc venio, de Sozomeno, cujus olim fuere MSS. hi Codices, agendum mihi eſſe video aliquanto fuſius, quam tu fortaſſe operæ pretium arbitrere. Celeberrimum eſt apud Poſſevinum, Voſſium, Oudinum, ac pleroſque omnes, qui de Eccleſiaſticis Scriptoribus diſſeruere, Sozomeni Piſtorienſis Canonici nomen. Sed omnibus multo antecellit eruditiſſimus Muratorius in præfatione in ſpecimen hiſtoriæ Sozomeni, quod (*Tomo* XVI. *Rer. Italic.*) publica luce donavit.

Ac primo quod veriſſime monuit nuper adpellatus Muratorius, qui hucuſque arbitrati ſunt, literiſque etiam prodidere, Sozomenum Piſtorienſem anno 1292. floruiſſe, neque ultra eum annum in hiſtoria conſcribenda fuiſſe progreſſum, nunc emendandi ſunt, uti & Caſimirus Oudinus, qui ad annum 1320. ejus meminit. Etenim Sozomeni ætatem (de hiſtoria ſcribam infra) certiſſimis documentis comprobare mihi licet, tum iis, quæ vidit Muratorius, cum aliis, quæ ipſe conſului.

Natus igitur eſt Sozomenus anno 1387. Teſtem profert Muratorius Sozomenum ipſum de ſe ſcribentem in Chronico ad illum annum: *Sozomenus Piſtorii naſcitur die 29. Junii in tertiis, vel paulo ante*: Deinde anno 1400., uti ipſemet narrat apud eumdem Muratorium, *de menſe Julii peſte gravatus, vix & cum maximis laboribus per diuturnam infirmitatem liberatur*. Anno vero 1402. *morabatur in ſcholis Venerabilis Doctoris Magiſtri Antonii Ser Salvi de S. Geminiano* (quod nos docet idem Sozomenus in notatione quadam iterum deſcribenda). Anno 1403. quid egerit, accipe ex ejus chronico. *Et ego Sozomenus Piſterienſis hujus Chronicæ auctor tunc Peruſii eram inter eundem Romam, præſens fui, & vidi magnificum apparatum, & pompam factam a Peruſinis, quando eum* (fratrem Romani Pontificis, cui ſe tradiderant Peruſini) *receperunt*. Cetera quæ ad Sozomenum ſpectant, ex Pandulpho Arfarolo deſcribam, qui ante annos centum hiſtoriam Piſtorienſem contexuit: *Studiò in Firenze nel* 1407., *e dopo eſſere ſtato promoſſo agli Ordini Sacri ebbe una condotta dagli Operai di S. Jacopo per iſtudiare a Padova, come ſi riſcontra in quegli atti del dì* 13. *Dicembre* 1408. *Intervenne al Concilio di Coſtanza, ed ivi fatto Papa Martino V., egli l' accompagnò per l' Alemagna fino in Roma; ebbe un Canonicato della Cattedrale di Piſtoja. Di eſſo ſi trovano in queſta Cancelleria molte memorie, e ſpecialmente in quella dell' Opera di S. Jacopo, alla quale laſciò, come coſta dal ſuo teſtamento, la ſua libreria . . . . . Morì alli XI. Dicembre* 1458. *Fu ſepolto in Duomo nella Cappella del Giudizio*. Hactenus Arfarolus.

III. His tamen, quæ ex Arfarolo citavimus, addenda ſunt aliqua. Atque illud primum, Sozomenum noſtrum anno MCCCCXVI. Florentiæ Juri Canonico dediſſe operam. Eſt nempe mihi ad manus autographa Matthæi Piſtorienſis Epiſtola eo anno Conſtantiæ ad Sozomenum data

nonis

Digitized by Google

nonis Aprilis, quæ inſcribitur. *Ven. Viro Domino Zomino de Piſtorio Florentiæ Studenti in jure Canonico in orto Sancti Michaelis apud Sanctam Annam.* Poſt hunc annum Conſtantiam adiit Sozomenus. Nam ut ex Charta, quam paullo poſt in adnotationibus reddam, conjicere poſſe mihi videor, poſt Conſtantienſem commorationem Matthæum inter ac Sozomenum ſimultates exortæ ſunt. At quam mox indicabam, epiſtola ejuſmodi eſt, quæ non niſi ad amiciſſimum ſcribi potuerit; in ea enim Matthæus res ſuas pene proſtratas ob teterrimas in ipſum a Piſtorienſibus, ac Florentinis, apud Conſtantienſes Patres intentatas criminationes Sozomeno commendat (1). Redux Conſtantia Sozomenus Matthæo infenſum adeo

(1) *En illam ipſam Matthæi epiſtolam, quam eo lubentius heic deſcribo, quod Conſtantia data ſit, quo tempore Concilium habebatur, & pauca aliqua ad idem Concilium pertinentia in illa legantur. Dolendum tamen iniuria temporum pluribus in locis autographum lacerum plane eſſe.* Gaudeo ſumme de reverſione Vicarii, & miror, quod D. Barontus ſcripſit illa, quæ non credo, quia in illa materia nihil eſt, & cum Magiſtro Leonardo numquam habui niſi bona verba, cum alio nulla, perche mi ſtà groſſo. Si requirerem nationes, quod ſcriberent Dominis, eſſet una admiratio & confabulatio de illis, & de me, & hodie hic literæ tranſeunt per longam viam, & propterea deliberavi ſcribere egomet, ut videbis in copia. Antonium de Alexandris ut Patrem meum dilexi, diligere & habere volo, ſed quod referam ſibi gratias, niſi quales poſſum, non valeo: ſum ſuus in homine & perſona: dedi literas ſuas; ſed illi ſunt de alia liga Corteſanorum: præſentavi literas Cardinalium, & habui Sigilla: multa dixit contra Carrocium ille Dominus Georgius, ſed bene conſideravi, quoad ipſe erat ille. Deo gratias, habui bulletinum pro . . . . & ſi fuerit expediens, oſtendam illud. Habui teſtm̃, & contra . . . . plum illius de Anchiano non cures . . . . . ego poſſem facere mille & S . . . . criminoſi, ſicut eſt ille de Sodomia, vel ſimiles . . . . . non pecunia, ſed benefitiis & carceribus condemnetis eos, quia eſt verecundia pro talibus condemnare in pecuniis. habui literam cambic . . . . fidis, quos de Medicis tenent cum Magiſtro Leonardo, & mihi infidi ſemper fuerunt: tamen paucas literas dedi eis, & in illa, de qua plus curo, erat de . . . . . & præterea alia, quæ non expedit reiterare, reſponſiva ad tuas literas. Non mittas literas, niſi per Aldigherium. Iſte Nuntius venit trigeſima Martii, & veniet iſtuc quinta huius . . . . mane dedi ſibi florenos tres: eſt fidelis ſocius & bonus. Credidi illas literas Cleri expediviſſe, ſed hic negotia faciunt nunc longas vias, & ego volebam, quod Dñus Cardinalis Florentinus expediret in natione noſtra ex cauſa, ſed ipſe infirmatur, & ſtetit male: ideo oportet me expectare convaleſcentiam ſuam, & pro . . . non poſſum mittere. De illis pecuniis nihil tetigi, ſed de meis bene expoſui, & bene credo, quod iſtud factum generabit mihi inimicitiam Simonis, & aliorum, ſed de hac re non curo; ſed de coetero ſimilia non cures . . . . iſtis aliis, videlicet quia habent generare odia. Si ſine commotione poſſes in una carta magna pecudina facere unam literam, ſicut illa m civium, in qua ſe ſubſcriberent illi cives, & multi alii, & mitteres mihi per fidum, confunderem ex toto iſtos truffatores, & dirigatur Concilio finito Papæ, Cardinalibus, & nationibus omnibus. Volo quod illis civibus iſtic, qui pro nobis laborant, faciatis aliqua ſigna amoris, & ſi granum valet, expedias illud; & facias, Ludovicus de Obizio habeat iſtam Epiſcopi Adrienſis. Conſtantie 5. Aprilis.

Mathæus Epiſcopus Piſtorienſis.

COPIA LITERE AD DOMINOS.

MAgnifici, & potentes, ac excelſi Domini, debita recommendatione premiſſa. Juſtitia manifeſta ab extra plures debellat, & invidia occulta ab intra plures exarſit, & quamvis ſimplicitas ſimpliciter ambulet, nonnumquam ex premiſſis ſibi inſidie multiplices illaqueantur. Ea propter, magnifici Domini, veni ad iſtum locum ex precepto, ut ea, quæ optima ſunt Eccleſiæ Dei, quamvis parvulus adimplerem, ut catholicus & fidelis, & quantum potui, ab his, qui declinarent, vel diverterent hanc viam, penitus cavere curavi. Unde ſi inimica emulatio, quæ ſecundum veritatem aliquando a domeſticis procedit, aliqua moliretur contra premiſſa, hec potius ex emulatione, & ſimulata amicitia quorumdam emulorum, & ficte venire credat, & ſi qua auribus veſtrarum dominationum ſpecifice per calumniam narrarentur, mihi fideli ſervitori per vos, vel amicos meos ſupplico, ſignificare curetis. Reperiet enim me D. V. circa propoſitum Eccleſiæ intendere, & numquam ad aliam audiviſſe, intendiſſeque in hoc Sacro Concilio, & ſi ſecus reperiat, & nutu vel ſigno, & maxime circa confabulationes mihi iſthic, ut ſentio, ab emulis meis confictas, ne dum bona ſed ne perſonam mihi volo ſufficere, & ſi qua hic occurrerint, cum huc uſque nihil occurrerit, per que hec ego demonſtrare poſſim, videbitis per effectum,

præ-

Digitized by Google

præbuit ſeſe, ut illum de ſceleribus ſane graviſſimis Martino V. ſummo Pontifici adcuſaverit. Nec minus Epiſcopus Sozomenum inſectari.

quod ſim fidelis ſervus, & devotus ſervitor. Procuravi enim honorem Italie, veſtri dominii, & Eccleſiæ meæ ſecundum conſcientiam meam, quantum ſcivi. Et advertant *D. V.*, ne illi, qui laceſcunt terram ſuam, ponant ſeditiones in veſtra cum importunitatibus ſuis. Inſuper *C. D.* gratias reddo de bona juſtitia meo Vicario per *C. D.* miniſtrata, & avviſo vos, quod hic ſunt omnes Ambaxiatores Regum, & magnorum Principum quactuor nationum & intenditur ad deiectionem Domini Petri de Luna, quam credimus per totum iſtum menſem fieri: poſtmodum intendetur ad alia, per que ſperamus, per miſericordiam Dei pacem & quietem Eccleſie ſancte ſue. Si qua occurrerint nova digna, ea D. veſtris ut fidelis ſervitor ſignificare curabo, quas Altiſſimus conſervare dignetur feliciter & longeve.

COPIA LITERE PISTORIENSIUM.

REverendiſſimi &c. ad veſtri reverentiam duximus intimandum qualiter D. Mattheus Epiſcopus Piſtorienſis in amminiſtratione iuſtitie ſe gerit, eſt enim Vicarius eius homo ignarus & illitteratus, & in cauſis coram eo vertentibus quaſi omnibus iniuſtitia miniſtratur, & cum contingit, aliquem in hac mori Civitate primo ei eccleſiaſtica denegantur Sacramenta, poſtmodum ſepultura impeditur, allegando omnes eſſe uſurarios manifeſtos, propter que eis neceſſe eſt magna ſe redimere quantitate. Supereſt etiam dum Epiſcopus ſub viſitatoris umbra pergit ad monaſteria, temptavit quamplures moniales de illicito coitu requirere, quod continue per ejus Vicarium, curiam & ſequaces extitit proſecutum, & finaliter ad effectum, ut appetunt, executioni mandatum, monaſterium, & moniales in perpetuum vituperium & opbrobrium conducentes contra omne debitum iuris. Ejus rei cauſa non ſolum offitium iſtud, ſed noſter totus populus admiratur, & ſcandala quam plurima oriuntur, ex quo neceſſe eſt circa predicta totaliter providere quod Epiſcopatus iſte per aliam idoneam reformetur perſonam, que unicuique ius & iuſtitiam adminiſtret, quod ſi fiet, ut juris eſt, reputabimus ad gratiam ſingularem. Unum enim obmittendum, quod Dominus Epiſcopus continue, dum hic reſidet, retinet concubinam, ex qua plurimas procreavit filias, una quarum iam eſt in hac civitate nupta, pro quarum dotibus fiunt extorſiones prelibate. Quare reverentiam veſtram attente precamur, quod contemplatione noſtre communitatis placeat indemnitati noſtre interponere partes veſtras, offerentes nos promptos ad mandata reverentiæ veſtre. Datum Piſtorii 27. Februarii.

Priores, & Vexillifer iuſtitiæ Populi, & communis Civitatis Piſtorii.

Qula iſta litera eſt libellus famoſus, ſi videretur amicis, quod conſtituerem iſtinc Procuratorem ad denuntiandum illos ſex ribaldos iſthic civiliter, quia de jure civili eſt pena capitalis, faciam, que ſcripſeritis & ſicut ſcribetis, & videatur, ſi poſſemus comprehendere illum ribaldum . . . . . & fratrem ſuum: conſulatur bene iſthic. Revere d ſſimi in Chriſto Patres & Domini Patres noſtri ſingulariſſimi. Vehementiſſime queſti ſunt coram dominatione noſtra quam plures cariſſimi cives noſtri, & nonnulli Piſtorienſes, quemadmodum Vicarius Reverendi Patris Domini Epiſcopi Piſtorienſis venerabilem & honeſtam Religioſam Abbatiſſam Monaſterii de Sala Civitatis Piſtorii a dignitate offitioque ſuo indigne ac preter iuſtitie & veritatis terminos depoſuerat, eamque ex ipſo extraxerat Monaſterio, umiliter, ac devotiſſime ſupplicantes, ut ob iuſtitiæ debitum, & ne ſimilia ceteri preſumerent attemptare in dedecus & infamiam honeſte debiteque viventium, veritatem rei diligentiſſime perquiri facere dignaremur, quoniam inſons, & abſque noxa eadem Abbatiſſa reperiretur, licet ipſa variis tormentis affecta quedam inhoneſta, ut ipſe Vicarius poſtulavit, confeſſa fuerit, & cauſam, quare ad hec idem Vicarius proceſſerat, hordine explicaverunt. Nos autem ipſorum juſtis ſupplicationibus atque precibus annuentes, cupienteſque ut iuſtitia omnibus eque miniſtraretur, & ne paſſiones cujuſpiam inique tollerent famam, honoremque bonorum, Capitaneo noſtro Piſtorii ſtatim mandavimus, ut omni cum induſtria, diligentia, & ingenio hujus rei veritatem caute perquireret etiam a memorato Vicario, qui id adverſus ipſam Abbatiſſam tentaverat. Qui quidem Capitaneus propria noſtra ſuſcipiens, nil ex ſibi iniunctis pretermiſit, ſed maxima cum ſagacitate, ut res ſe habebat, veritate comperta nobis omnia clariſſime ſignificavit, cauſſas, ob quas idem Vicarius hec egerat, palam faciens. quibus intellectis, & Vicarii non recta intentione perſpecta, ut ſi quid dubii noſtris eſſet in mentibus evelleretur, ad nos ipſum Vicarium acciri fecimus, puram ac ſimplicem rei veritatem exquirendo, qui ſponte palamque faſſus eſt, ſe contra prefatam Abbatiſſam iniuſte egiſſe, nec vera eſſe, que adverſus eam tentaverat, ſed ad ea proruperat volens alienis obedire mandatis. Iis ergo compertis, & judicii perverſitate, & iniquitate cognita, ipſam Abbatiſſam redintegrari, & in dignitate priſtina, a qua maligne fuerat eiecta, reponi iuxte, riteque providimus. Que quidem veſtris R. Paternitatibus nota facere curavimus, ut omnium veritatem ſimplicem atque puram percipere valeatis, quoniam proceſſum quemdam, & alia multa circa mala per eum geſta idem Vicarius Conſtantiam ad ſuum Epiſcopum tranſmiſerat, putans ſe mendaciis ac facinoribus prefate Abatiſſe, & Domini Bartholomæi de Vincio inſontum famam & honorem denigrare, immemor ſue ſalutis, & altiſſimi Creatoris, qui veritas eſt æterna & inrefragabilis. Datum Florentie die 15. Januari 1416. x. indictione.

R. P. Filii priores artium & vexillifer juſtitie populi & Communis Florentie.

Moderne litere recommendant Abbatiſſam . . . . . quod de voluntate alterius ſit habitus proceſſus.

Erat

Digitized by Google

Erat is (quod alia nos charta docet) *Cappellanus*, *& Beneficiatus Cappellæ, ſeu altaris S. Baronti ſiti in Eccleſia Sancte Marie foris Porte de Piſtorio*. Epiſcopi igitur ſuaſu ejus Vicarius Aſpertus de Sancto Miniate Sozomeno negocium faceſſere cœpit, quod Florentiæ ſtudiorum cauſſa moraretur, ac Beneficii ſui muniis per alium faceret ſatis. Qua de cauſſa Sozomenus XIV. Martii die, Brandam de Caſtellioneis Epiſcopum Placentinum, & S. R. E. Cardinalem adiit, eique libellum ſupplicem obtulit, in quo de Epiſcopo, ejuſque Vicario querebatur, utque ſibi liceret Florentiæ manere Beneficio illo Piſtorienſi haudquaquam dimiſſo, poſtulabat. (2) Quamobrem anno CIↃCCCCXIX. quo libellus iſte Cardinali Placentino exhibitus fuit, atque adeo conſequentibus aliquot annis ſtudia ſua Florentiæ proſequuutum fuiſſe Sozomenum, habeto exploratum. Ceterum anno ſuperiore CIↃCCCCXVIII. Piſtorienſis Canonicus renunciatus fuit Sozomenus. Lege ſis, quam heic in adnotationibus exſcribo, *Receptionem factam a Canonicis Piſtorienſibus de D. Zomino*

(2) *Eiuſmodi eſt Charta iſthæc ex autographo Sozomeni, quod cum deſcripta Matthæi epiſtola, aliiſque id genus monumentis habeo apud me, donum humaniſſimi Doctoris Petri Franciſci Moſii.*

Die 14. Menſis Martii 1419. indictione . . .

Coram vobis Reverendiſſimo in Chriſto Patre & Domino Domino B. Tituli S. Clementis Presbytero Cardinali Placentino, ac Domini noſtri Pape vice Cancellario, reverenter comparuit, exponit, & cum querela dicit Zominus Ser Bonifatii Presbyter Piſtorienſis, quod cum ipſe dei licentia Curiæ Epiſcopalis Piſtorienſis exiſtat cauſa ſtudii in ſtudio generali Florentino, & ſuis beneficiis per alium bene deſervire faciat, R. in Chriſto Pater Dominus Matthæus Epiſcopus Piſtorienſis ipſum Zominum injuſte diverſis & variis cauſſis non facit niſi moleſtare, maxime cum idem Zominus ſit contrarius, & ſuſpectus dicto Domino Epiſcopo, quia nolens ſequi partialitates, & diſcordias ſuas, & maxime etiam quia in Concilio Conſtantienſi vidit dictum Dominum Epiſcopum male & peſſime ſe habere contra Reverendiſſimos Dominos Cardinales, & ſacroſanctam Romanam Eccleſiam, ob quas res & alias etiam, que pro nunc cauſa honeſtatis ſufficiant, dictus Dominus Epiſcopus Piſtorienſis publice palam & in aperto dicit quod numquam deſiſtet, quin dictum Zominum contra omne jus deſtruet: & ut hoc faciat, habet, ut dicitur, in ſuum Vicarium quemdam Aſpertum presbyterum Miniatem Ser Grani de Sancto Miniate juriscanonici ignarum, qui Deum pre oculis non habendo ordinem iuris & ſacrorum canonum pervertit, & ad inſtigationem dicti Epiſcopi publice, palam, & coram textibus iactando dicit, quod numquam de ſuo Vicariatu diſcedet, quin prius deſtruet dictum Zominum & plures alios bonos & honeſtos Presbyteros dictæ Civitatis, & Dioceſis Piſtorienſis, & mala malis ſemper addendo tam dictus Dominus Matthæus Epiſcopus Piſtorienſis, quam ejus Vicarius, introduxerunt contra dictum Zominum quemdam Fratrem Nicolaum Tuttii & quemdam Aſpertum Presbyterum Nicolaum Antonii publicos concubinarios, & homines peſſime vite, & fame, qui exprimentes falſa, & tacentes vera, querelas fictas & non veras coram dicto Epiſcopo, & eius Vicario exponunt . . . . per procuratorem dicti Zomini dictarum querelarum copia, etſi maxima cum inſtantia petita fuerit, nec habere potuit, aut poteſt, & licet etiam ad illam ſe retulerit taliter qualiter, plus vel minus contineret, & exceptiones, & alia juris remedia oppoſuerit, tamen in dicta curia Epiſcopali Piſtorienſi dictus Procurator nec auditur vel admittitur. Quibus rationibus maxime & cauſis & earum qualibet & quacumque alia, que per ſe ſufficiat, dictus Zominus ad dictam veſtram reverendiſſimam dominationem adpellat, provocat, & reclamat, quod dicto Zomino & iuribus ſuis dignemini providere, in aſſignando ſibi iudicem non ſuſpectum, & coram quo contra dictos ſuos emulos poſſit dicere & allegare iura ſua, & interim etiam dicto Domino Epiſcopo Piſtorienſi, quam eius Vicario eidem Zomino ſuſpectis precipiatur per vos & mandetur quod contra dictum Zominum quomodolibet per eos vel aliquem eorum nihil fiat noxie novitatis; & quod ſic fiat, iterum petit ſepe ſepius, & inſtanter, & cum omni reverentia.

(3)

Digitized by Google

(3) qui Florentiæ Juris præceptionibus imbutus fuerat Sozomenus, ibidem humaniores literas atque Rhetoricam docuit, ac Leonardum Dathum, & Matthæum Palmerium inter ceteros habuit auditores. In Laurentiana Medicea Bibliotheca, ad quam Tullianorum operum cauſſa ſæpiſſime adcedis, Hieronyme, exſtat præclarus Codex, qui latinum Leonardi Dathi commentarium continet in Matthæi Palmerii libros *Civitatis ditæ*. Ex ea autem, quæ ibi legitur, Dathi præfatione hæc de Palmerio in rem noſtram olim deſcripſi: *Majora deinde ſequutus ad humanitatis ſtudia ſe contulit, & ſub Zomeno Piſtorienſi præceptore noſtro, grammaticam, atque Rhetoricam adcuratiſſime novit*. Anno MCCCCXXXV. Piſtorii videtur fuiſſe Sozomenus. Nam quas Eugenii IV. juſſu Thomas Epiſcopus Recanatenſis, ac Maceratenſis eo anno adprobavit Capituli Piſtorienſis conſtitutiones, eas ille perſcripſit, ut ex autographi lituris ſatis conſtat.

IV. Sed quamquam anno 1458. mortuum eſſe Sozomenum non diffitear, idque paullo poſt pluribus confirmaturus ſim, a vero tamen longiſſime abeſt, quod de die, atque adeo menſe Sozomeni emortuali ſta-

(3) Receptio facta a Canonicis Piſtorienſibus de D. Zomino. Ex Archivo Operæ S. Jacobi.

IN Chriſti nomine. Amen. Convocatis & congregatis Canonicis iſtius maioris Eccleſie Piſtorienſis ad Capitulum in loco ſoliti capituli, ut eſt moris, de mandato Venerabilis Viri Domini Cionis Cecchi de Prato Canonici dicte Eccleſie, ad quem dixerunt pertinere jus convocandi, ſcilicet Dno Juſto Filippi, Dno Vliverio Taviani, & Dno Johanne Pieri ut Canonico, & etiam ut vicario, ut dixerunt, Dni Epiſcopi Piſtorienſis, vocatis, & requiſitis aliis etiam Canonicis, ut dixerunt patere manu Ser Pauli Bartolomei de Piſtorio notarii, attendentes, quod ad Canonicatum, & prebendam, quam obtinebat Dnus Stancollus de Tavianis Canonicus Piſtorienſis in dicta majori Eccleſia Piſtorienſi, vacantem per ejuſdem Dni Stancolli mortem, Dnus Zominus Ser Bonifatii de Piſtorio canonice eſt aſſumptus, & collatus eidem, ut dixerunt; eundem ibidem preſentem & recipientes receperunt in Canonicum, & in fratrem, interveniente obſculo, & aliis opportunis, & commiſerunt, & impoſuerunt Domino Montino Jacobi ibidem preſenti, quod eidem aſſignet ſtatum in coro, locum in capitulo, & Dormitorio, & in poſſeſſionem bonorum dicte prebende inducat eumdem, & in predictis, & circa predicta dicat & faciat omnia opportuna. Qui Dnus Zominus in preſentia predictorum in manibus dicti Dni Cionis iuravit ad ſancta Dei Evangelia, manibus tactis corporaliter ſcripturis, & iurando promiſit, ſervare conſtitutiones eccleſie ſupradicte, & preſertim facere, & obſervare omnia, & ſingula, ad que tenetur.

Qui Dominus Montinus jens, & rediens retulit ſupraſcriptis Dno Cioni, & aliis Concanonicis aſſignaſſe ſtallum in coro, & locum in capitulo, & Dormitorio, & alia que ad predicta requirebantur, & feciſſe omnia, que tenetur, & debet de jure, & ex forma ſacrorum canonum, & ſynodalium conſtitutionum, ac etiam conſtitutionum dicte Eccleſie. Actum Piſtorii apud Eccleſiam Sancti Zenonis in canonica & loco ſoliti capituli, preſentibus presbytero Boncepto Pieri, Marco Ser Jacobi, & Meo Bonifatii de Piſtorio teſtibus ad hec vocatis, & rogatis ſub anno Dominice Nativitatis milleximo quadringenteſimo decimo octavo, Indictione undecima die undecimo menſis Aprilis. Ego Guiglielmus olim Ser Juſti Alluminati de Piſtorio imperiali autoritate Judex ordinarius; atque notarius predicta omnia, & ſingula ſcripta inveni, vidi, & legi in quodam libro Actorum, & Inſtrumentorum ſcriptorum, & rogatorum per Ser Tajuolum notarium infraſcriptum, & prout ibi inveni, vidi & legi, ita hic inde tranſcripſi, ſumpxi fideliter, & exemplavi, nil addens, vel minuens, quod ſenſum mutet, vel variet intellectum, ex commiſſione in me per dictum infraſcriptum Ser Tajuolum aſſerentem, ſe aliis negotiis occupatum facta prout infra ejus manu patet, ideoque me ſubſcripſi, & ſignum meum appoſui conſuetum in fidem, & robur omnium premiſſorum. Ego Tajuolus filius Pieri quondam Tajoli de Piſtorio imperiali auctoritate Judex ordinarius, atque Notarius predictis omnibus interfui, & ea rogatus in actis meis ſubſcripſi, & fideliter publicavi, & aliis occupatus ſupraſcripto Ser Guillielmo hinc inde tranſcribenda commiſi, & ideo me ſubſcripſi.

Aliqua in hanc chartam adnotavi in epiſtola ad Abbatem Scarampium edita T. 30. Collect. Calogerianæ p. 495. & ſeqq.

Digitized by Google

tuit Pandulphus. Vin' oſtendam? Exſtat in Archivo operæ S. Jacobi mandatum ab Operariis datum 21. die Novembris de conſtruenda in Palatio Priorum Bibliotheca, in eo autem hæc lego: *I ſopraſcritti tre Operaj, abſente Honorato, per vigore del Teſtamento di M. Zomino FU' Calonico di Piſtoja conduſſino Paolo di Nanni* &c. Quis igitur neget, jam ante diem Novembris XXI. fato ceſſiſſe Sozomenum? Longe gravius Arſarolo peccavit Salvius ſcriptor rerum Piſtorienſium ακριτικοτατος, qui Sozomeni mortem ad annum refert 450. reparati orbis ſupra milleſimum V. eidus Octobris. Nam in vivis eum fuiſſe anno 1452. nemo prudens inficietur, qui quas mihi ex Archivo operæ S. Jacobi ſuppeditavit humaniſſimus Presbyter Joſephus Borellius, Nicolai V. Pontificis litteras legat ad Nicolaum Domini de Corbizis Florentinum Canonicum VIII. Kal. Junii ejus anni datas in cauſſa, quæ tum Sozomenum inter, & Jacobum, atque Antonium quondam Ser Clementis de Piſtorio agebatur. Quid? quod nondum annis 1453. & 1454. Sozomenus diem ſuum obierat. Teſtes habeo litteras Canonicorum Piſtorienſium, quibus a Sozomeno calumniam quamdam depellunt. Ecce illas ex memorato Archivo Operæ S. Jacobi.

In Chriſti nomine Amen. Anno ab ejus nativitate MCCCCLIIII. die . . . . . menſis Octobris Indictione . . . .

Cum hoc ſit, quod die ſupraſcripta ad aures infraſcriptorum Canonicorum majoris Eccleſiæ Piſtorienſis pervenerit, quod de anno MCCCCL. & menſe Decembris, ſive alio quovis tempore quidam emuli Domini Sozomeni Ser Bonifatii Concanonici noſtri diffamaverunt eum coram Sanctiſſimo Domino noſtro D. Nicolao Papa Quinto, & etiam coram egregio viro Domino Petro de Noxeto Secretario, & cubiculario Domini Sanctiſſimi Domini noſtri aſſerentes, eum eſſe inſolentem, & incorrigibilem, & maxime nomine noſtrorum Canonicorum, & Capituli, contra noſtram voluntatem, & præter commiſſionem noſtram de dicto D. Sozomeno viro honeſto, ac erudito, nec talia contra omnem veritatem diffamatoria poſſent referri. Et ideo volentes rei veritatem confiteri, per preſentem paginam ſubſcriptam manu noſtra propria indicimus, quod numquam commiſimus noſtro nomine, ſeu Capituli aliquid diffamatorium contra prefatum D. Sozomenum dicere, ſeu ſcribere, immo dicimus eum probum, honeſtum, ac virum eruditum. Et in teſtimonium horum noſtra manu propria ſinguli ſingulariter ſubſcripſimus; manu Ser Simeonis in die 19. Martii 1454.

Die Sabbati XII. Aprilis 1454. in eccleſia majori Piſtorienſi, preſentibus Venerabilibus viris Domino Laurentio canonico Piſtorienſi, & Priore S. Johannis forcivite, & D. . . . de Roſiis Plebano S. Andreæ de Piſtorio &c. &c.

Dominus Jacobus Ser Nicolai Canonicus Piſtorienſis, & Plebanus Plebis de Montale Dioceſis Piſtorienſis confirmavit, & duxit in omnibus, & per omnia, quæ alias ſex Concanonici ſui fecerunt & duxerunt &c. &c.

Hæc

Digitized by Google

Hæc qui attente perspexerit, non dubitabit, opinor, quin ad viventis adhuc Sozomeni famam a criminatoribus vindicandam scripta sint. Profecto si tum excesserat e vivis Sozomenus, hac, hujusve simili formula utendum fuerat Canonicis: *olim Concanonici nostri, eum probum, honestum, ac virum eruditum fuisse*. Præterea series capitum, quæ in Codice Muratoriano Sozomenianæ historiæ legitur, eum prodit, nondum vel anno 1455. terris ereptum. Non tamen Muratorio adsentiri possum, qui veri arbitratur simile, Sozomenum anno 1455. vivendi finem feciſſe. Id quidem adfirmat Matthæus Ansidei Brunozzii filius in libro MSS. heic adservato, quem idem Muratorius testem adhibet. Verumtamen neutri hac in re cur fidem habeam, facit argumentum, quod ex mandato Operariorum S. Jacobi antea adpellato conficio. Etenim nemo prudens facile sibi persuadeat, Operarios S. Jacobi, providos sane viros, reique publicæ curatores egregios triennium ipsum a Sozomeni morte elabi passos esse, quin de libris defuncti illius Canonici in publicum palatium adsportandis cogitarent. Quod si tamen inter Sozomeni obitum, & Bibliothecæ constructionem tantum temporis intervallum interceſſiſſet, putandumne, Operarios nihil ea de re indicaturos fuisse in suo mandato, quo unum mensem Decembrem Paullo Johannis præstituunt operi absolvendo? Neque vero erat, cur tam exiguum tempus fabris concederent, qui triennio nihil egerant. Itaque anno 1458. ad superos evolasse Sozomenum veri admodum simile est. Quod si in secundo volumine Orbis Sacri & Profani (l. 3. c. 40.) legeris, Ptolemæum Lucensem Sozomeno æqualem, eximium Sozomeniani Chronici opus memorare, cave, ne Orlendio Auctori, homini nimirum sæpissime æque ac turpiter labenti, fidem habeas. Idem ante Orlendium scripserat Vossius, sane excusandus, ut qui videre minime potuit, quæ T. XI. Rer. Italic. Ptolemæi Annales rursus typis tradens Muratorius vir Cl. animadvertit, intrusum nempe illuc Sozomenum inscio Ptolemæo. Sed in tanta luce, quam adtulit adpellatus Muratorius, sponte cœcutientem quis ferat? Atque hæc de anno Sozomeni emortuali.

V. Nunc evellendus ex animis est communis Pistorienſium error, qui Sozomenam Gentem Sozomeno tribuunt. Sozomenum enim non nomen esse, sed prænomen (quod suspicabatur Muratorius) certissimum mihi est; quin etiam tibi erit, quæ adlaturus sum, rationum momenta diligenter consideranti. Tribus igitur compellatum nominibus Sozomenum invenio. Primum est non adeo usitatum *Zombini* nomen, quod tributum ei video tum in libro administrationum Pistorienſis Capituli sub annum 1443., tum in quadam charta, qua citabatur, a me in Archivo Operæ S. Jacobi inspecta. *Zomini* autem nomen frequentius. *Zom-*

Digitized by Google

minus olim Ser Bonifatii dicitur in Teſtamento per Ser Schiattam olim filium Paulli Jacobi Tarati Notarium Piſtorienſem rogato die 22. Nov. 1423., quod libro Teſtamentorum B. p. 23. inſcriptum videre eſt in memorato Archivo Operæ S Jacobi, itemque in Matthæi Epiſcopi literis & charta Receptionis factæ a Canonicis Piſtorienſibus de Dño Zomino. Sed quod gravius eſt, ipſe ſibi Sozomenus hocce nomen tribuit in duobus libris, de quibus deinceps diſſerendum erit. Alter eſt Lucani Codex, alter miſcellaneorum Carminum: ille vero in operis calce dicitur *mei Zomini de Piſtorio*, hic ſcriptus *per me Zominum Ser Bonifatii*. Pervulgatiſſimum eſt Sozomeni nomen. Revoca in mentem, quæ ex annalibus Sozomenianis nuper deſcripſi. Hoc etiam nomine ipſum appellat Nicolaus V. in litteris, quarum mentio facta a nobis eſt, ad Nicolaum Canonicum Florentinum, neque aliud nomen in epiſtola anno 1441. 16. Julii ad Sozomenum ſcripta: *Dño Sozomeno Ser Bonifatii dingniſſimo Canonico Piſtorienſi tamquam Patri ſuo honorando*. Quid plura? Excute univerſum Operæ S. Jacobi Archivium. Litteras invenies a Sozomeno datas ad D. Baldaſſinum di Berti 26. Junii 1442., illaſque eum ſubſcribentem: *Sozomeno Canonico di Piſtoja*: invenies venditionem Terræ Salceti de Agliana factam 4. Julii 1445. *Dno Sozomeno filio olim Ser Bonifatii Jacobi de Piſtorio*: invenies in actis Reipublicæ Piſtorienſis die 21. Decembris anno 1474 veniam datam *Leonardo Dato Secretario Apoſtolico tranſcribendi librum hiſtoriarum editum, & compoſitum per bonæ memoriæ Dominum Sozomenum olim Canonicum & Civem Piſtorienſem*. Jam vero quis in his locis non videat, non ejus, ſive familiæ nomen Sozomenum eſſe, ſed germanum illius ac proprium prænomen? Mirum ſane, & inuſitatum nomen perpetuo adhiberi, nuſquam prænomen, ne in litteris quidem, publiciſque ipſis inſtrumentis. At cur nunc *Zombinus*, nunc *Zominus*, nunc *Sozomenus* dictus eſt? Fortaſſe Sozomenus ipſe Zomini, & Zombini nomen, quum ſcriberet, elegantiæ cauſſa in Sozomenum convertit, ut alios feciſſe noſti; fortaſſe etiam Sozomeni nomen, quod ei in Baptiſmate impoſitum fuerat, poſtea a populo corruptum fuit, & compendii cauſſa in *Zomino*, aut *Zombino* immutatum. Sed quid illud in charta venditionis: *Dno Sozomeno filio olim Ser Bonifatii Jacobi de Piſtorio*? Equidem vehementer fallor, niſi hic habemus filium Sozomenum, Bonifacium patrem, Jacobum avum.

VI. At nihilne de hiſtoria Sozomeni dicendum? Ea ſane celeberrimum illi nomen peperit apud Majores noſtros; quo jure, meum diſputare non eſt; adi interea Præfationem Cl. Muratorii. Illud non omittendum, Sozomenum hiſtoriam ſuam ad annum 1455. perduxiſſe. Duo quidem ingentia hujus Chronici volumina extare perhibent in Fæſula-

na

Digitized by Google

na Canonicorum Regularium Bibliotheca, eaque ibi a se inspecta testificantur Mabillonius, & Montfauconius, alter in itinere, alter in Diario Italico, quæ ultra annum 1292. non progrediuntur, quemadmodum duo item historiæ illius volumina, quæ in celeberrima Ambrosiana Bibliotheca adservari auctor est Muratorius, in Bonifatii VIII. electione, annoque 1294. consistunt. Sed Codex, ex quo numquam sine laude adpellandus Muratorius specimen suum in lucem emisit Rerum Italic. tom. XVI. nos dubitare non sinit, quin Sozomenus ad sua tempora historiam deduxerit. Reddo ipsius Muratorii verba. *Ad me delatus est Codex Chartaceus MSS. Sozomeni, quem si autographum dicerem, temere fortasse non fecero. Nam in fronte libri hæc, alio quidem charactere, sed antiquo scripta erant.* P. Soxomeni Pistorienſis historiarum fragmenta, ejus manu scripta usque ad annum 1410. *Librum hunc Romæ nunc servat, & singulari humanitate mihi commodavit nobilis vir Johannes Baptista Resta, ob antiquæ eruditionis studium, atque ob alias egregias animi dotes nunc vivum Urbis ornamentum. Illic a vetustissimis temporibus Sozomeni historia initium sumens pergit usque ad annum* 1410 *Tum subsequitur series capitum addendorum, sive jam scriptorum in altero volumine mihi nusquam viso, ab anno videlicet* 1411. *usque ad annum* 1455. *quo constitisse labor Sozomeni dignoscitur.* Hæc ille, qui etiam monet, in illo Codice, facta mentione Petri de Murono antea Cœlestini V. Pontificis in carcerem trusi, hæc adscripta esse. Finis *totius repoliti a Sozomeno Presbitero usque ad annum* 1295. Atque hinc fortasse factum, ut Fæsulani, & Ambrosiani Codices in annum desinant 1292. & 1294. Ex librorum Catalogo, quem mox daturus sum, patebit, inter libros a Sozomeno Operæ S. Jacobi legatos, fuisse duo hujus historiæ volumina, ipsa illa, quæ nunc Fæsulani Canonici Regulares servant, ut Arfarolus tradit, quæque utique ea fuerint, ex quibus anno 1474. Leonardus Datus hoc Chronicon exscripsit. Nunc tamen nullum extat Pistorii hujus historiæ exemplum præter primum volumen multiplici manu exaratum, ac sub finem mutilum in egregia Emin. Fabronii Bibliotheca adservatum, mihique ab humanissimis Patribus Oratorii S. Philippi Nerii ostensum, cujus hic titulus: *Sozomeni Presbyteri Pistorienſis, ac Florentiæ educati Chronice incipit feliciter* Idem primum Sozomenianæ historiæ volumen Patavii haberi scribit Oudinus.

VII. Jam vero ad rem nostram ut propius adcedam, instructam egregiis Codicibus bibliothecam habuit Sozomenus. Accipe illorum elenchum ex Regesto III. Actuum operæ S. Jacobi p. 103. quibusdam adnotationibus inspersum.

29. *Ottobre* 1460.

In Dei nomine. Amen. Hoc est. Inventarium descriptionis librorum, & scripturarum

Digitized by Google

turarum existentium in Biblioteca, & seu libraria sita in palatio Residentie Dominorum Priorum, & vexilliferi justitie populi, & communis Pistorii, qui libri fuerunt literatissimi viri Domini Sozzomeni civis, & Canonici maioris Kathedralis Pistoriensis Ecclesiæ, incatenatorum in dicta Biblioteca & seu libraria, factum per ven. viros Bartholomeum olim Bartholomei de Forteguerris, Andream Nicolai Zenonis, & Antonium Ser Jacobi de Fabronibus tres ex quatuor Operariis Opere S. Jacobi de Pistorio, absente Magistro Alarco Magistri Antonii eorum consotio, & consignatum per eos in presentia mei notarii, & testium infrascriptorum Sapienti Viro Domino Bartholomeo Andree de Furlivo Cancellariis Communis Pistorii, qui etiam dictos infrascrittos libros confessus fuit penes se habere, & tenere in custodiam, & eos custodire, & salvare pro communi Pistorii secundum formam deliberationis facte per consilium populi Civitatis Pistorii, & prout in dicta deliberatione continetur, & fit mentio, qui libri sunt infrascritti videlicet

In primo Scano sunt infrascritti libri, videlicet.

Priscianus major in cartis membranaceis cum fundello corii albi signatus 37.

Priscianus minor in chartis membranaceis cum fundello corii signatus 38.

Varro de lingua latina in chartis membranaceis copertus corio albo signatus 18.

Nonius Marcellus in chartis membranaceis copertus corio albo signatus 17.

Festus Ponpejus in chartis membranaceis copertus corio albo parvo volumine signatus 19.

Papias in chartis membranaceis cum fundello corii rubei signatus 6. (4)

Doctrinale glosatum in chartis bombicinis cum fundello corii signatus 78.

Virgilius Eneidos glosatus in bombicinis cum corio signatus III.

Servius, seu Commentaria Servii super opera Virgilii, videlicet Bucolicam, Georgicam, Eneidem in chartis membranis correptissimus cum fundello corii signatus 1.

Quintus Asconius Pedianus super argumenta quarundam Orationum Ciceronis in bombicinis cum : . . . *signatus* 43.

Agellius . . . in cartis membranis copertus corio albo signatus 3.

Macrobius in Saturnalibus in membranis cum fundello corii signatus 9.

Macrobius de somnio Scipionis in membranis in parvo volumine littera antiqua signatus 23. (5)

Regule grammaticales Domini Sozomeni in parvo volumine in membranis signate 116. (6)

(4) Undecimi seculi scriptor est Papias V. du Cange in Gloss. med. & inf. latin. T. 1. pag. xxxvi. atque certissimum esse ajunt Diarii Florentini editores T. 11. part. 1. pag. 26. ubi & Papiam defendunt a P. Baldini accusationibus. Non inerudituin Grammaticum Papiam adpellat Fabricius Bibl. med. & inf. latin. lib. xv. p. 576.

(5) Nimirum, ut nosti, Macrobii commentarios in somnium Scipionis a Cicerone descriptum, quos partem esse Saturnaliorum perpetam ab illis divulgatam suspicatus est Barthius.

(6) Has collegit Sozomenus, dum Florentiæ grammaticam docuit, ut dictum est.

In

Digitized by Google

In ſecundo Scano.

VIII. *Rectorica vetus & nova Ciceronis in cartis membranis cum fundello corii albi ſig.* 35.

Alanus ſuper Rectoricam novam Ciceronis in membranis copertus corio rubeo ſignatus 39. (7)

Vettorinus ſuper Rectoricam veterem Ciceronis in cartis bombicinis cum fundello corii ſign. 69.

Cicero de Oratore in cartis membranis correptus cum fundello rubeo ſign. 30. (8).

Brutus Ciceronis in bombicinis cum fundello corii albi ſign. 52.

Cicero Orator, & Brutus, & de partitionibus Oratoriis partim in membranis, partim in bombicinis cum fundello albo ſign. 44.

Orationes ſeptem Ciceronis in membranis. Prima eſt pro Cluentio &c. ultima de Provinciis cum fundello rubeo ſignatus 31.

Orationes quinque Ciceronis in bombicinis. Prima eſt pro ſe gratias agens de reditu ad populum. In fine Breviarium Ruffi Sexti cum fundello ſign. 29.

Orationes undecim Ciceronis in membranis. Prima eſt de Lege agraria cum fundello corii albi ſign. 42.

Orationes decem Ciceronis in membranis ſign. 49.

Antonii Luſchi comentum ſuper undecim Orationes Ciceronis in bombicinis, ſalvo quod prime carte quinternorum ſunt in membranis. Prima eſt pro Gneo Pompejo cum fundello viridi ſignato 75. (9).

Epiſtule familiares Ciceronis ad Lentulum, partim in cartis bombicinis, partim in cartis membranis ſine fundello in volumine aliquantulum parvo correpte ſign. 16.

M. Fabius Quintilianus de inſtitutione Oratoria. Prime carte quinternorum in

(7) Scio, antiquioribus duos, qui e quatuor ſuperſunt de inventione libri, Rhetoricam veterem dictam fuiſſe, Rhetoricam novam libros ad Herennium. At quis hic Alanus librorum ad Herennium interpres? Num Alanus de inſulis, cuius anticlaudiani librum primum memorat Polycarpus Leyſerus in hiſtoria Poetarum, & Poematum medii ævi? Sed hujus opera cum diligenter recenſeat Fabricius *Bibl. med. & inf. latin. l.* 1. nihil habet de iſtis in Rhetoricam Ciceronis Commentariis.

(8) Neſcio, an ad manus tuas pervenerit ſpecimen Bibliothecæ Harlejanæ. Quare non abs re facturum me puto, ſi te monuero, in eo mentionem fieri editionis cuiuſdam horum Dialogorum ſine loci nota, aut temporis, atque iſta adnotari, *in pagella vacua quidam ita ſcripſit. Hic liber iiſdem typis excuſus cernitur, ac inſtitutiones Lactantii Monaſterii Sublacenſis* 1465. *edite*. Non dubito, quin hæc illa editio ſit, ſine anni nota, & loci, cuius meminit Fabricius.

(9) Antonium Luſcum ſatis inconſulto prætermiſit Fabricius in Biblioth. mediæ & infimæ latinitatis. Meminit tamen Luſci Leonardus Arretinus (*Epiſt. l.* v. *ep.* 14.) Nonnulla eius MSS. extare in Bibliotheca Laurentiana Florentiæ teſtificatur in eum Arretini locum cl. Abbas Laurentius Mehus. Ipſam hanc in Ciceronis Orationes inquiſitionem, quam heic memorat Index Sozomenianæ Bibliothecæ, ſeu ut notarius noſter ajt, *commentum* hocce ſervat celeberrima S. Marci Bibliotheca Venetiis, atque a cl. Antonio M. Zanetto deſcripta codice ccccxxxiii. Linus Colluccius Pierius Salutatus, Philippo Villano teſte in eius vita declamationem ſcripſit adverſus Antonium Luſcum, quæ *apologia pro civitate Florentiæ contra Antonium Luſcum* prænotatur in codice 5122. Bibliothecæ Colbertinæ, unde excerptum quoddam intulit Baluzius in primum Paparum Avenionenſium volumen (p. 1473.) Sed longe plura de Luſco invenies in eruditiſſima Angeli M. Quirini Cardinalis doctiſſimi diatriba Præliminari ad Franciſci Barbari, & aliorum ad ipſum epiſtolas.

mem-

Digitized by Google

membranis, relique in bombicinis correptus in magno volumine, videlicet folei, correptus cum fundello albo ſign. 5. (10)

Ejuſdem Quintiliani declamationes num. XIX. *in bombicinis maculatus mala lictera cum fundello corii albi ſignatus* 45. *Partim comenti Retoricorum cum fundello albo, partim membran. & partim bombicin. lictera antiqua in parvo volumine ſign.* 80.

Epiſtole Plinii in membranis cum fundello albo ſign. 34.

Seneche declamationes in membranis copertorio albo ſign. 51.

Platonis Epiſtolas per Leonardum in membranis (11)

(10) Referam heic, quæ ex ſpecimine Bibliothecæ Harlejanæ de Fabii Quintiliani Inſtitutionibus paucis ab hinc hebdomadis deſcripſi. *Quintilianus Romæ* 1470. *Hæc prima eſt Quintiliani editio Fabricio incognita, qui nulla Veneta* 1471. *vetuſtiorem agnoſcit: curata eſt Joanne Antonio Campano Epiſcopo Aretino Vallæ, ut fertur, diſcipulo, qui in Præfatione elegantem Quintiliani cum Cicerone comparationem inſtituit.* Atqui Fabricius Romanam Quintiliani editionem anni 1470. memorat apud Conradum Svveynheim, & Arnoldum Pannartz, monetque hanc male pro prima venditari in catalogo Bibliothecæ Sarrazianæ & Menarſianæ, quum anno 1468. Romæ apud Ulricum Han, ſive Gallum Viennenſem publicis formis cuſus ſit Quintilianus Johanne Antonio Campano curante. Quid ais Hieronyme de tam iniuſta in Fabricium adcuſatione?

(11) Codex iſte, in quo & ſequentia continentur opuſcula, in meam Bibliothecam tranſiit ex dono Petri Franciſci Mozii antea a me memorati Medicinæ doctoris, ac ſumma humanitate viri. De hac vero Platonis verſione a Leonardo curata audiendus Emin. Angelus Maria Quirinus in doctiſſima ad P. Montfauconium Epiſtola p. XIX. *Miraberis profecto, ſi dixero, Leonardi verſionem, de qua loquor, latuiſſe editores, ſeu interpretes Platonis Aldum Manutium, Joannem Serranum, Henricum Stephanum, imo (idque vix credas) ipſum Marſilium Ficinum. Qui enim fieri poteſt, ut hic eandem ignoraverit, Florentiæ, ubi ambo vixerunt, elaboratam, & Coſmo Medices nuncupatam, cujus auſpiciis ſuam ſe aggreſſurum teſtatur Marſilius, quin decem Platonis libros, priuſquam Coſmus naturæ concederet, latinos feciſſe; reliquum vero opus abſolviſſe, partim Laurentii temporibus, filii ſcilicet, ac Nepotis ipſius Coſmi? Tandem Leonardi in Platonem labores ne verbulo quidem indicavit. Jo. Albertus Fabricius ſeu in Bibliotheca Græca Platonicorum operum verſiones recenſens, ſeu in latina Medii Ævi Leonardi Arretini lucubrationes enumerans.* Hæc Quirinus, qui quod ad Marſilii ſilentium adtinet, eo magis mirari ſe addit pag. XXII. *Quod præter Epiſtolas illas verterit quoque ex Platone Leonardus dialogos Phædri, Phædonis, Critonis, Gorgiæ, & Socratis Apologiam, quas omnes verſiones exhibent Codices Vaticani, quaſque exſtare etiam in Florentinis didici ex nuperrima editione Epiſtolarum ipſius Leonardi, quam ſingulari Laurentii Mehus diligentiæ debemus.* Sed quod hi omnes ignorarunt, notum fuit Jannotio Manetto viro illorum temporum doctiſſimo, qui in Oratione funebri *in ſolemni Leonardi laureatione* (in ipſo hoc, de quo agimus Codice exſtat) luculentum hujus verſionis, ceterarumque Græcarum, quarum auctor fuit Leonardus, teſtimonium præbet in hæc verba. *Varias Ariſtophanis, Baſilii, Xenophontis, Plutarchi, Demoſthenis, Platonis, Ariſtotelis interpretationes ſuas certa quadam ac perpetua utrarumque & latinarum, & Græcarum literarum monumenta exſtare non ignoramus. Ariſtophanis enim comœdiam, Baſilii etiam epiſtolam ac Xenophontis tyrannum, & has Plutarchi vitas M. Antonii, P. Æmilii, M. Catonis. T. & G. Gracchorum, Sertorii Pyrri Regis Epirotarum, Demoſthenis libros ſingulos, eiuſque orationum libros ſeptem; Præterea Platonis de immortalitate animi, Gorgiam, Phædrum, Apologiam, Critonem, epiſtolas, libros ſingulos, Ariſtotelis denique œconomicorum libros duos, ethicorum decem, politicorum libros octo ita e græco in latinum convertit, ut nulla prope eloquentiæ ornamenta (mirabile dictu!) deſiderare videantur.* Quæ quidem Manetti verba non eos ſolum Platonis libros, quos ex Vaticanis, Florentiniſque Codicibus Quirinus Emin. conmemorat, ſed ceteros quoque univerſos a Leonardo in latinam linguam verſos indicare viderentur, niſi idem Manettus eadem in oratione non omnia Platonis opera ab Arretino latina habere nos clariſſimis verbis ſignificaret; ait enim: *ut cetera leviora omittamus, pleraque Demoſthenis, Xenophontis quædam, Platonis & Ariſtotelis multa elegantiſſime ſimul, ac ſuaviſſime traduxit.* Heinc tamen, ut ad Epiſtolas revertamur, eo magis mirandum videbitur Ficini ſilentium; quis enim credat, Manetti orationem fuiſſe Ficino ignotam, Ficino inquam Florentiæ degenti, ubi habita eſt, laureaque donatus poſt obitum Leonardus? Illud etiam fortaſſe mirabitur quiſpiam, cur doctiſſimus Blanchinus Pratenſis in Proœmio ad librum, quem inſcripſit: *De Granduchi di Toſcana Ragionamenti Iſtorici*: multa de Marſilio Ficino diſſeruerit, Arretinum vero vix adpellaverit, qui & Platonis epiſtolas ad Coſimum Medicen miſit, & huic quod Platonis amantiſſimus fuerit, Platonicoſque foverit patrocinio, incitamento fuiſſe

Item

Digitized by Google

Item Leonardus Aretinus de temporibus ſuis in bombicinis.

Jeronymi Epiſtola ad Euſtochium. Item vita B. Ilarionis: item Pauli Monaci: item Paſſio Agnetis, Vitalis, & Agricole; funebria per Dominum Giannotium ſign. 104.

Liber Enchiridion B. Auguſtini in parvo volumine in membranis ſign. 62.

In tertio Scano.

IX. *Virgilius Bocholicorum, Georgichorum in membranis gloſatus cum fundello albo ſing.* 33.

Oratii opera in membranis, in volumine parum longo, & anticho littera antiqua cum fundello albo ſign. 4.

Comentum ſuper quedam opera Oratii in bombicinis cum fundello albo ſign. 100.

Ovidius de faſtis in membranis copertus corio ſign. 20.

Ovidius metamorfoſeos in membranis copertus corio albo ſign. 11.

Comentum ſuper Ovidium metamorfoſeos, & tragedie Senece in cartis bombicinis cum fundello albo ſign 64.

Tragedie Senece in membranis copertus corio rubeo ſign. 12.

videbitur ea Arretini ad ipſum Coſmum verba diligenter conſideranti: *Tu igitur has epiſtolas multum lege quæſo, ac ſingulas earum ſententias memoriæ commenda, præcipue vero quæ de re publica monet. Intelliges vero quid dicam, ſi cuncta diligenter triteque perlegeris.* Quæ ſane verba cum ſuapte ſignificatione hortatoria ſunt, tum illud etiam ſuadent, nondum Platonicæ doctrinæ amore incenſum fuiſſe Coſmum, qui ſuorum in Platonem ſtudiorum cauſſa non modo non commendatur (quod obvium erat, atque adeo perneceſſarium) ſed etiam velut in tanti Philoſophi libris hoſpes ad eos perlegendos inflammatur. Sed quoniam Prooemii in Platonis epiſtolas ad Coſmum Medicen a Leonardo inſcripti meminimus, lubet heic illud edere ad noſtrum Codicem, adnotatis tamen variis lectionibus ex memorata Quiriniana epiſtola, in qua pag. XIX. primam lucem ex Vaticanis Codicibus adſpexit.

Leonardus Aretinus ad Coſmum Medicen. (1)

INter *clamoſos ſtrepitus, negotiorumque procellas, quibus Florentina palatia quaſi Euripus quidam ſurſum deorſumque aſſidue fluctuans, cum ſingula non dicta modo, ſed verba etiam* (2) *interrumperentur* (3), *tamen ut potui, latinas feci* (4) *Platonis epiſtolas, quas nunc tibi dono, dedo* (5), *atque mitto, putans multo* (6) *pretioſius quiddam ad te mittere, quam ſi tantidem* (7) *pondo auri delargirer, a te certe longe carius gratiuſque exiſtimandum. Etenim aurum* (8) *quidem tibi abunde eſt. Sapientia* (9) *vero nec tibi nec alteri cuipiam hominum abunde. Deinde quæ comparatio juſta eſſe poteſt aurum inter ac* (10) *ſapientiam? ad quam non ſolum opulentia iſta privatorum eximia, verum etiam Regum opes, atque potentia, faſceſque, & imperia comparata vileſcunt. Fragilia nempe bona, ac neſcio an omnino bona ſunt* (11) *exiſtimanda, quæ auferri nobis, atque eripi poſſunt, & quorum poſſeſſio uſque adeo imbecilla eſt, & incerta, ut nemo exploratum habere queat ad veſperas uſque eſſe* (12) *duratura. Sapientiæ* (13) *vero ac virtutis ſtabilis eſt, firmaque poſſeſſio. Neque enim eripi ab homine ulla vi poſſunt, neque fortunæ ſubjacent retibus, nec eas, ut Philoſophis placet, labefactat oblivio. Præterea cum homo conſtet ex animo, & corpore, ac utriuſque particulæ bona, & quaſi dotes quædam exiſtant, ut animi quidem ſapientia, fortitudo, juſtitia, ceteræque virtutes, corporis autem valitudo, forma, robur, firmitas, patientia laborum, pernicitas, & hujuſcemodi* (14) *aliæ, nemini dubium eſſe poteſt, quantum animus corpori dignitate præſtat, tanto bona animi bonis corporis antecellere. Divitiæ vero & opes nec* (15) *animi ſunt, neque corporis bona. Itaque ne noſtra quidem illa dicuntur* (16), *ſed externa, & a corporis dignitate longe ſuperantur. Itaque comparare divitias ad ſapientiam nihil eſt aliud, quam infimi gradus bonum cum ſupremo conferre. Et de his quidem ſatis: Traductio autem harum Epiſtolarum ita vehementer mihi jocunda* (17).

(1) In Quiriniana editione hic titulus deſideratur.
(2) *Etiam verba.* (3) *Interrumperent.* (4) *Feci.*
(5) Omittit hoc verbum. (6) Omittit.
(7) *Tantundem.* (8) *Auri.* (9) *Sapientiæ.*
(10) Et. (11) Sint. (12) Omitt.
(13) Hoc & cetera, quæ conſequuntur omnia, ad verbum *præterea* omittit. (14) *Ejuſcemodi.* (15) *Neque.*
(16) *Dicentur.* (17) *Jucunda.*

Digitized by Google

Lucanus Cordubenſis in membranis in parvo , & antiquo volumine coperto corio albo ſign. 13.

Aurelii Comentum ſuper Lucanum in membranis cum fundello rubeo ſign. 54. (12.)

Statius Tebaidos in membranis copertus corio albo ſign. 24.

Juvenalis in membranis coopertus corio albo ſign. 21.

Comentum ſuper Juvenali cum fundello albo in bombicinis ſign. 99.

Perſius in bombicinis cum fundello albo ſign 36.

Comentum ſuper Perſium in bombicinis ſign. 98.

Terentius in bombicinis gloſatus cum fundello albo ſign. 40.

Plautus in membranis copertus corio albo ſign. 26.

Latantius ſuper Statium in membranis ſign. 118.

Oratius in membranis litera antiqua cum gloſis 67.

Juvenalis in membranis cum gloſulis 22.

Dantes in bombicinis ex libris hereditatis Loſtis Narelli 122.

In quarto Scano .

X. *Titi Livi Storiograſi Decas prima . Prime charte quinternorum membrane , relique bombicine cum fundello albo ſign.* 15.

Saluſtius in Catilinario , & Jugurtino in membranis cum fundello rubro veteri ſign. 25.

Juſtinus abbreviatus per Trogum Pompejum .

Geſta Francorum in membranis littera groſſa cum fundello corii viridis ſig. 8.

Svetonius tranquillus de XII. *Ceſarienſibus in bombicinis cum fundello albo ſign.* 66. (13.)

Storie Piſtorienſes per Dnum Jannotium Manettum in membranis coperte corio albo ſign. 114.

Mare Storiarum in bombicinis copertum coreo rubeo ſign. 113.

Valerius maximus in membranis copertus corio albo ſign. 48.

Paulus Oroſius Storiograſus in membranis copertus corio rubeo ſign. 47.

Storie Florentine per Leonardum Aretinum, & Mattheum Palmieri de temporibus in bombicinis ſign. 108.

Euſebius de temporibus , & de viris illuſtribus , & de XII. *Doctoribus , & notis litterarum ſignificatio; eſt in membranis copertus corio albo ſign.* 2.

Lutius Appolejus in membranis cum fundello viridi ſign. 53.

Prima pars hiſtorie D. Sozomeni uſque .... ab anno mundi 4983. *coperta corio rubeo ;*

(12) Novum habemus , ac nemini (quod ſciam) notum Lucani Scholiaſten . Arnolphi Aurelianenſis Scholia MSS. in Bibliotheca Gudiana adſervari notat Fabricius . Quid ſi ex Aurelianenſi Aurelius factus ? non novæ ſequiore ævo hujuſmodi metamorphoſes .

(13) Hujus editio Romana anni 1470. omnium editionum prima , quam Fabricius in Bibliotheca Regis Galliarum exſtare narrat , ſervatur etiam in Harlejana , ubi & Veneta altera anni 1471. per Nicolaum Jenſon . Neutram vidit Montfauconius , qui primam ait Mediolanenſem anni 1475. per Philippum de Lavagnia.

Digitized by Google

rubeo ; ſecunda pars hiſtoriarum incipit nonageſimum annum agenti , & finit primi voluminis opus (14) .

Cicero Tuſculanarum queſtionum in membranis cum fundello albo ſig. 27.

Cicero de Legibus , & fato in timeo in chartis membranis cum fundello rubeo , & Orationes pro Lege Agraria , & pro Milone ſig. 106.

Cicero de natura Deorum in membranis ſine fundello ſign. 50.

Cicero de officiis in membranis gloſatus copertus corio albo ſign. 25. (15.)

Cicero de amicitia , de ſenectute , & paradoxis in membranis in parvo volumine littera antiqua , & topica Ciceronis ſign. 32.

Epitoma Titi Livii , & etiam Ariſtotilis græce in membranis copertus corio albo ſign. 95.

Lucius Florus , & geſta aliquorum Imperatorum , vita Dantis , & Petrarche in bombicinis ſign. 116.

Hieronymus de feſtivitatibus Sanctorum 115.

In quinto Scano.

XI. *Decretum gloſſatum copertum corio rubeo cum fulcimentis ſign.* 82.

Decretales cum gloſſis cum littera oltramontana cum fundello albo ſign. 81.

Sextus Decretalium cum gloſſis ſeparatus a textu in membranis copertus corio rubeo ſign. 83.

Clementine cum gloſſis a textu ſeparatis in membranis ſign. 84.

Magiſter ſententiarum in membranis copertus corio albo ſign. 68.

Exodi liber gloſatus in membranis copertus corio nigro ſign. 63.

Pſalterium gloſatum in membranis cum fundello albo ſign. 57.

Concordantiæ Bibie in membranis in parvo volumine copertus corio rubeo ſign. 103. (16).

Lactantius Firmanus de Inſtitutionibus contra paganos in membranis cum fundello rubeo ſign. 10.

(14) Heine facile quis conjiciat, quæ duo habemus Sozomenianæ hiſtoriæ volumina, eſſe binas unius voluminis partes ad annum MCCXCV. perductas ; ab hoc vero anno ad ſua tempora volumen alterum adgreſſum fuiſſe Sozomenum , quem imperfectum in ſchedis reliquerit, ac pauci propterea noverint . Quamobrem non eſt , cur miremur , pleroſque, qui hodieque exſtant, ejus hiſtoriæ Codices non ultra annum 1292. progredi .

(15) In ſpecimine Bibliothecæ Harlejanæ , quod nuper memorabam , Maittairii errorem invenio, quem in ſuam latinam Bibliothecam Fabricius invexit,ſuper editionibus Moguntinis horum librorum per Johannem Fuſt, & Petrum Scheffer anno 1465. & 1466. Quum enim utriuſque editionis paginæ ſingulæ ab eodem verbo incipiant, in idem deſinant, nec quidquam invenerit Vir Cl. quo poſterior a priore diſcrepet , niſi in prima, ac poſtrema pagina , quas Typographus paullulum inmutare potuit , ut alterius editionis fidem faceret , hanc eamdem eſſe, atque illam docuit. At rem aliter ſeſe habere tradit hiſce verbis Anglus auctor adpellati ſpeciminis . *At vero qui animo ad rem attento hos libros inſpexerit , facile reperiet, quo a Fauſto omnem doli mali ſuſpicionem longe amoliri poſſit . Litteræ enim D. forma diverſa eſt : voces que per F. in hac editione terminantur, in illa definunt in S. compendia quoque ſyllabarum utrobique non eadem ; aliæ quoque animadvertantur paſſim diſcrepantiæ.* Illud quoque monet idem Auctor , in ultimo verſuum , quos *officiorum* fini adjecit Typographus , *honorem* loco *ac honeſtum* ſuppoſuiſſe Maittairium memoriæ nimium confiſum.

(16) Vide de *Concordantiis* , ut ajunt , Fabricium L. III. Bibl. med. & inf. Latin. p. 1146.

Digitized by Google

Ariſtotilis Etica, Politica, Yconomica, Rhetorica in membranis copertus corio ſign. 14.

Egidius ſuper Rhetoricam Ariſtotelis in membranis cum fundello albo ſign. 112.

Ariſtotilis Etica per Leonardum Aretinum, ejuſdem Iſagogica cum Epiſtola ad Ugonem Medicum in membranis cum fundello viridi ſign. 7.

Thomas in Logica in membranis cum fundello albo ſign. 71.

Ariſtotilis Phiſica, de ſomno, vigilia, morte, vita, metaura, de cœlo, & mundo, ſenſu, & ſenſato, memoria, & reminiſcentia, generatione, & corruptione in membranis copertus corio albo ſign. 56.

Ciceronis Thopica, & comentum ſuper eam Boetii in membranis ſign. 46.

Summa Raimundi 121.

In ſexto Scano.

XII. *Homerus in grecho in membranis ſign.* 86.

Exiodus grece in membranis ſign. 93.

Orationes Sotietatis (ſic grece) *in membranis ſign* 87.

Pedia Zenofontis grece in membranis ſign. 85.

Ethica Ariſtotilis grece in membranis ſign. 90.

Sermones Dominicales in membranis ſign. 115.

Dialogus Domini Gregorii, & Caſſiani in membranis.

Logica Alberti in bombicinis ſign. 79.

Logica Ariſtotelis in membranis copertus corio albo ſign. 55.

Ritmata grece cum coperta in membranis 94.

Vocabuliſta grecus converſus in latinum in membanis 94.

Libellus parvus grecus 92.

Tolomeus non completus in bombicinis 108.

Summa Gherardi 120.

Liber Sacrificiorum in membranis 120.

Loicorum in bombicinis 200.

Raimundus in bombicinis ſign. 77.

Raimundus in bombicinis ſign. 72.

Boetius de conſolatione 60.

Draverta ſuper Boetium in bombicinis ſign. 59.

Britonis queſtiones in membranis ſign. 70.

Deſcriptio Italie in carta membrana.

Deſcriptio terre Judee in membrana.

Nappamundus in membranis litteris grecis carta magna.

Rogantes me Notarium dicte opere infraſcriptum ſubſcripti Operarii, quatenus de predictis publicum conficerem inſtrumentum. Actum Piſtorii in cura S. Mariæ Majoris in Palatio Reſidentie Dominorum Priorum in loco dicte Librerie, preſentibus Lazzaro Jacobi Marci Poponis, Nicolao Leonardi de Ricciardis, & Agoſti-

Digitized by Google

Agoſtino Baronti Converſini de Piſtorio teſtibus ad predicta vocatis, habitis, & rogatis, ſub anno Nativitatis Domini 1460. Indict. 9. & die trigeſimo menſis Octobris ſecundum ſtilum, & conſuetudinem Civitatis Piſtorii.

Ego Jacobus olim filius Andreæ Giribelli Notarius &c.

Horum librorum reliquiæ ſunt Codices, de quibus ad te ſcribere adgreſſus ſum, ſi duos excipias, Miſſale, & Uſuardinum Martyrologium, quos ad Sozomenum non pertinuiſſe, vel ex hoc Catalogo conſtat. Quo autem fato perierint hi libri, quandonam pauci, qui ſuperſunt, a Palatio Priorum ad ædes Sapientiæ translati fuerint, ne quæras: incerta omnia. Sed jam de Codicibus, qui temporis, ineruditorumque hominum injurias effugere.

XIII. Verum οἰκονομία quædam inſtituenda eſt, ne confuſe nimis agamus. Itaque Codices iſtos in aliquot veluti claſſes tribuo, ac primum de illis ſcribam, quid ad Grammaticam facultatem adtinent; de illis deinceps, qui ad Poeticam, tertio de Oratoriis verba faciam, quibus adtexam hiſtoricos, poſtea de Philoſophicis acturus, deque Sacris, & Eccleſiaſticis Commentariis.

Grammatici ſunt bini Priſciani Codices, uterque in membrana. En tibi prioris titulum. *Incipit Ars Grammatica Cæſarienſis Presbyteri, & Cancellarii Juliani Imperatoris Apoſtatæ Diſcipuli Theotiſti.* Theotiſti quidem Diſcipulum prodit ſeſe Priſcianus ipſe libro XVIII. hiſce verbis: *Teſte ſapientiſſimo Domino, & Doctore noſtro Theotiſto*, quorum ſimilia habet libro VI. At ſub Juliano Apoſtata floruiſſe Priſcianum in veterum erroribus eſt, quos ſequutus Salmaſius (*in Prolegom. ad Solinum*) jure optimo, ac meritiſſimo ab Johanne Alberto Fabricio notatur. At unde Priſcianum Presbyterum fuiſſe hauſit Codicis hujus exſcriptor? Mira ſane, neque ullis fulta monumentorum ſubſidiis de Priſciano leguntur. Hæc inter illud Volaterrani minime prætereundum (*Anthropol. l.* XVIII.), Priſcianum ab initio Chriſtianum, deinde fidei deſertorem fuiſſe, de quorum primo quum integrum non ſit dubitare, alterum certe nulla gravi, idoneaque nititur auctoritate. Complectitur autem Codex, quo de agimus, ſexdecim priores de partibus orationis libros: poſteriores duos de Syntaxi continet Codex alter, qui *Priſcianus Minor* inſcribitur.

XIV. Deinceps (ut erat propoſitum) de Poetis dicatur, qui quidem alii Græci ſunt, alii Latini. Præter Heſiodi, Theocritique opuſcula uno volumine membranaceo comprehenſa, atque Homeri Iliadem nitido charactere, & ipſam in membranis deſcriptam, ceteri Latini ſunt. Principem hos inter locum ſibi vindicant Terentii Comœdiæ perpetuis adnotationibus illuſtratæ. Codex eſt chartaceus pag. 107., in quarum poſtrema hæc leguntur.

Vos

Digitized by Google

Vos valete, & plaudite. Caliopius
Recenſui. Deo gratias. Amen.

Florentiæ XVI. *Dec.* MCCCCXII. Vel uno hoc exemplo ſatis conſtare puto, quantum a vero aberrent, qui librorum epochas, ſcriptores, correctores ex adſcriptis ſub finem Codicis notationibus colligere certo ſe poſſe arbitrantur. Calliopiuſne Codicem hunc recenſuerit Florentiæ deſcriptum a. MCCCCXII. quum in antiquiſſimis aliis Terentii exemplaribus Calliopii eos recenſentis nomen adſcriptum ſit, ac Barthius (*lib.* VI. *adverſar. cap.* XX.) exiſtimaverit, non alium hunc eſſe Calliopium, a Flacco Albino, ſeu Alcuino Anglo ſub initium noni ſeculi vita functo, qui in Codice MS. vitæ Wihibrordi vocatur *Dominus Albinus Magiſter optimus Calliopicus*, totus nempe a Calliope Muſiſque inſtitutus. Nimirum ſæpe, ut heic certe factum, Amanuenſes ipſas illas, quibus claudebatur exemplum, unde Codicem exarabant, formulas quoque exſcribebant.

Sed ad Horatium tranſeo, cujus heic exſtant in unum membranaceum volumen, illudque ſatis vetuſtum redacta, & Commentariis explicata Carmina, quæ hexametra dicimus hoc ordine: Primum Ars Poetica, deinde ſermones, qui nunc *Eclogæ*, nunc *Satyræ* inſcribuntur, poſtremo Epiſtolæ.

His adcedunt Commentarii in Ovidii Metamorphoſes, ac Tragœdias Senecæ (f) in chartaceo Codice deſcripti. Eumdem utrique auctorem habere videntur.

Nimirum quam Servii legem ſibi ſervandam proponit Auctor Commentariorum in Ovidium (*In exponendis Auctoribus conſideranda ſunt vita Poetæ, Titulus Operis, qualitas carminis, intentio ſcribentis, & numerus librorum*) eamdem memorat, ac ſequitur Auctor Commentariorum in Senecam. Ipſa hac de cauſſa eidem homini tribuas ſcholia in Lucanum (membranaceus eſt Codex, ſpiſſoque charactere conſcriptus) quibus hæc aditur clauſula.

Explicit liber Lucani, Deo gratias. Amen.
Iſte liber eſt mei Zomini de Piſtorio
Suſcipe Virgo Parens gratias benigne devoti, Die penultima Martii
Quem hunc audirem Petro miniſtrante dediſti.

Tertius verſiculus legebatur: Sed omnino abraſus nunc eſt.

Egregius nunc memorandus eſt Codex membranaceus (8) Perſii ſatyras complectens, qui inſcribitur: *Aulus Perſius Flaccus Volaterranus.* Membranaceus item eſt Codex, in quo *commentum Lactantii ſuper Statio Thebaidos*, uti & duo Juvenalis exempla. In horum optimo hæc ſub finem leguntur.

Mille

Digitized by Google

Mille quadringentis annis currentibus orbis .
Atque decem junctis ſextilis quinque diebus .
Scribendi finis fuit . At Florentia victrix
Italie fortis me tunc ſub Sole tenebat .

Ab his minime disjungendus chartaceus Codex Commentariorum in Satyras Juvenalis ad Servii Regulam compoſitorum .

Poetarum agmen claudat libellus , in quo *Liber Catonis* , ſeu diſticha moralia , quæ Dionyſio Catoni vulgus indoctorum tribuit, Aurelii Prudentii Clementis tetraſtichus de veteri , & novo Teſtamento , aliaque ſacra carmina . Hic autem libellus dicitur ſcriptus *per me Zominum Ser Bonifatii morantem in ſcolis Venerabilis Doctoris Magiſtri Antonii Ser Salvi de S. Geminiano in anno milleſimo quadringenteſimo ſecundo in menſe Junii* .

XV. Ad Oratorios libros quod attinet , hi ferme ſunt Ciceronis tui opera , quæ diligentiſſime adnotabo , quum tua id maxime interſit . Itaque ut a Rhetoricis initium ducam, in membranaceo Codice , (4) hæc continentur: *De Partitionibus Oratoriis. Epiſtola M. Junii Bruti ad M. T. C. Epiſtola M T. C. contra Octavianum* (ſuppoſitum Ciceroni opus), *M. T. C. Orator* .

Ex Orationibus Ciceronis hæ habentur in chartaceo , eoque mutilo Codice . *Oratio M T. Cic. pro ſe gratias agens de reditu ad populum* : *Oratio M. Te C. pro ſe gratias agens de reditu in Senatu* : *Oratio M. T. Cic.* (Cicerone tamen indigna , Lambino Judice) *pro ſe , ne eat in exilium ad equites* : *Oratio M. T. Cic. pro T. Antonio Milone notationibus illuſtrata* : *Oratio M. T. Cic. pro S. Roſcio ad Judices* .

Orationibus adjungendi omnino ſunt in eas Commentarii , qui quidem duplicis generis ſunt ; alii Aſconio auctore , alii auctore Luſco . Atque ut ab hoc me paucis expediam , plura de Aſconio dicturus , quem potiſſimum ſpectat hæc epiſtola noſtra , exſtat hic in chartaceo Codice (4) *Antonii Luſci Vicentini Illuſtriſſimi Ducis Mediolani ad ſuum Fratrem Optimum Aſtolfinum de Marinonibus Secretarium Magnifici D. Franciſi de Barbavariis , Inquiſitio in Orationes pro Cn. Pompejo , pro Milone , pro Plancio , pro P. Silla , pro M. Marcello , pro Q. Ligario , pro Rege Dejotaro , pro A. L. Archia Poeta, pro A. Cluentio Abito* (Avito) *pro P. Quintio , pro L. Flacco* . Hæc illa inquiſitio eſt , quam editam cum Commentario Aſconii Venetiis 1477: per Johannem de Colonia , & Johannem Manthen de Gueretzen Non. Junii ſcribunt Fabricius (*in Bibl. Lat. l.* 1. *c* v.) & Orlandus (*in Originibus Typographiæ pag.* 359.) Neque illam omiſit Typographicorum annalium parens Maittairius , quamquam unius Aſconiani Commentarii meminit .

Aſconii Codex chartaceus eſt (4); hic autem titulus . *In hoc volumine*

hæc

Digitized by Google

hæc continentur, Q. Aſconii Pediani ſuper quibuſdam argumentis Orationum M. Tullii Ciceronis. In Senatu contra L. Piſonem. Pro Marco Scauro: pro Milone: pro Cornelio de Majeſtate: Pro Cornelio: in Senatu in toga candida contra C. Antonium, & L. Catilinam competitores: ſuper primo, ſecundo, tertio Verrinarum: ſuper quarto autem imperfectum: In extrema pagina hæc lego: *Finis argumentorum quorumdam Orationum Ciceronis, quæ invenimus in Monaſterio Sancti Galli, quod XV. millibus paſſuum a Coſtantia remotum eſt.*

Τελος X. Kal. Aug. MCCCCXVII. Coſtantiæ.

Hæc porro in mentem revocant, quæ Conſtantia ſcribebat ad Guarinum Veronenſem Poggius Florentinus 16. Dicembris 1417. *Sed quia temere perſæpe eveniunt, quæ non audeas optare, ut inquit Terentius noſter, fortuna quædam fuit cum ſua* (Quinctiliani) *tum maxime noſtra, ut cum eſſemus Conſtantiæ otioſi, cupido inceſſeret viſendi ejus loci, quo ille recluſus tenebatur. Eſt autem Monaſterium S. Galli prope urbem hæc millia paſſuum XX. itaque nonnulli animi laxandi, & ſimul perquirendorum librorum, quorum magnus numerus eſſe dicebatur, gratia eo perreximus. Ibi inter confertiſſimam librorum copiam, quos longum eſſet recenſere, Quinctilianum comperimus adhuc ſalvum, & incolumem, plenum tamen ſitu, & pulvere ſqualentem. Erant enim non in Bibliotheca libri ut eorum dignitas poſtulabat, ſed in teterrimo quodam, & obſcuro carcere, fundo ſcilicet unius turris, quo nec capitales quidem rei damnati detruderentur. Atqui ego pro certo exiſtimo, ſi eſſent, qui hæc barbarorum ergaſtula, quibus hos detinent viros, rimarentur, ac cognoſcerent more majorum, ſimilem fortunam experturos in multis, de quibus jam eſt conclamatum. Reperimus præterea libros tres primos, & dimidiatum quarti C. Valerii Flacci Argonauticon, & expoſitiones tanquam thema quoddam ſuper octo Ciceronis Orationibus Q. Aſconii Pediani eloquentiſſimi viri, de quibus ipſe meminit Quintilianus. Hæc mea manu tranſcripſi, & quidem velociter, ut ea mitterem ad Leonardum Arretinum, & Nicolaum Florentinum*. Itaque illud certiſſimum eſto, Codicem hunc Piſtorienſem apographum eſſe ex Poggiano MS. exaratum inter annum 1417. quo Aſconium Poggius invenit, & annum 1458. quo Sozomenus eius Dominus ſuum diem obiit. Neque dubitaverim, quin ex illo ipſo exemplo deſcriptus fuerit, quod Poggius ad Nicolaum Florentinum miſerat.

Recte autem in notatione illa Codici adſcripta dicitur: *quæ invenimus*, non uſitata tantum apud Latinos phraſi, ſed etiam, quia eiuſmodi auctores *Bartholomæo Politiano adjutore Poggius vel fato functos vita donavit, vel longo, ut ajunt, poſtliminio in Latium reduxit*; quemadmodum in collaudatione ad eumdem Poggium data Venetiis 1417. 7. Julii ajebat Franciſcus Barbarus, cujus litteras ſane elegantes eruit nunc primum ex Biblio-

Digitized by Google

bliothecarum forulis, & eruditiſſima Diatriba illuſtravit Angelus Maria Quirinus Eminentiſſimus bono litterariæ Reipublicæ natus.

Video, quid heic obiici poſſit, notam nimirum temporis, quo conſignatur Barbari collaudatio, tempori non conſentire, quo Aſconium inventum Codex Piſtorienſis adfirmat: ſed hoc nullius, mea quidem ſententia, momenti eſt. Etenim Poggius ut primum pretioſam illam librorum copiam offendit, amicos ſuos per litteras ea de re certiores eſſe voluit. Quamobrem in Mediolanenſi Codice, ex quo Italici itineris pag. 211. Mabillonius fragmentum Poggianæ epiſtolæ recitat, hæc verba leguntur, iis, quæ nuper deſcripſi, continenter ſubjuncta: *qui cum a me hujus theſauri adinventionem cognoviſſent, multis a me verbis Quinctilianum per ſuas litteras ad eos mitti contenderunt*. Porro temporis notam Codici adſcriptam, ſi rem attente perſpicias, non ad Aſconii inventionem ſpectare comperies, ſed ad Aſconiani illius inventi Codicis deſcriptionem, quam a ſe factam Poggius teſtificatur. Vide quæſo, Hieronyme, in Piſtorienſi apographo τω πλος reſpondere numerales notas, neque hac de re dubitabis. Potuit igitur Barbarus 7. Julii Aſconii inventi meminiſſe, cui tamen exſcribendo Poggius non ante XXIII. menſis ejuſdem diem poſtremam manum impoſuerit. Quod vero Monaſterium S. Galli abeſſe Conſtantia XX. paſſuum millibus a Poggio dicatur; in Piſtorienſi vero Codice XV., nullum ſane tibi negocium faceſſet, qui quam crebro Amanuenſes labantur, optime noſti. Luculentiſſimum tamen argumentum vel ipſa ſit negligentia, qua Codex hic mendoſiſſimus deſcriptus eſt. Quamquam quum Tabulæ ipſæ Geographicæ inter ſe pugnent, aliis 18. aliis 17. atque adeo pauciorum milliariorum intervallum Conſtantiam inter, & Monaſterium S. Galli denotantibus, fieri potuit, ut qui Aſconium deſcribens XV. paſſuum millia intereſſe adnotaverat, idem Poggius in ſuis ad Guarinum litteris mutata ſententia XX. ſcripſerit. Sed ut de Rhetoricis libris finem ſcribendi faciam, Quinctiliani declamationes commemorabo, quæ in chartaceo Codice (f) heic adſervantur. Nunc ad alias Codicum claſſes progrediamur.

XVI. Erat igitur ex illis, quas initio ſtatuimus, hæc tertia hiſtoricorum. Sed ſi *Breviarium Ruſi Seſti* (Feſtus deinde dicitur) U. C. *Rerum geſtarum Populi Romani* exceperis, quod in Codicem Orationum Ciceronis antea deſcriptum extremo loco relatum eſt, unus eſt Valerii Maximi Codex membranaceus (4) ſane illuſtris, ac vetuſtus, qui ad hanc claſſem ſpectare poſſit. Tabulam do aliquot librorum, capitumque in fronte Codicis poſitam, ut vel hinc intelligas, quam dignus ſit liber, qui in nova quapiam Valerii editione conſulatur.

Liber primus. *De Religione*: *De negletta Religione*: *De ominibus*: *De prodigiis*: *De ſomniis*: *De miraculis*.

Digitized by Google

Vides heic capita duo *De ſimulata Religione, & de auſpiciis* prætermitti. Secundo quoque capite, quæ in aliis de *Brenno Gallorum duce, de Vindicta Cereris in Alexandri milites exercita, de Perſis, de Athenienſibus, de Diomedonte legimus*, omittuntur.

Liber ſecundus. *De inſtitutis antiquis*. Sapienter monuit Cellarius (*in Antibarbaro cap.* 1.) falli & fallere qui adjectivum *illegitimus* ex hoc primo capite libri ſecundi latinum eſſe contendunt; editores enim Valerii recentiores falſo heic legere *illegittimæ intemperantiæ ſignum*, Brandeburgici Codices confirmant, quibus hic Piſtorienſis conſentit, in quo ſecundum illius ævi ortographiam *legittime intemperantiæ ſignum* ſcriptum eſt. *De diſciplina militari. De jure triumphandi: De Cenſoria nota: De Majeſtate.*

Liber tertius. *De Indole: De fortitudine: De Patientia: Qui de humili loco nati clari evaſerunt. Qui a parentibus claris degeneraverunt. Qui ex illuſtribus viris in veſte, aut in cetero cultu licentius ſibi, quam mos patrius exigebat, indulſerunt: De fiducia ſui: De conſtantia.*

Liber quartus: *De Moderatione: De his qui ex inimicis juncti ſunt amicitia, aut neceſſitudine: De abſtinentia, & continentia: De paupertate: De verecundia: De amore conjugali: De amicitia: De liberalitate.*

Liber quintus. *De humanitate, aut clementia: De gratis: De ingratis.* Non eſſe auctorem Valerium maximum inſcriptionum cuiuſcunque capitis, vel illud argumento notat eſſe Noſter Franciſcus Vavaſſor in elegantiſſimo libro *de vi, & uſu verborum quorumdam latinorum*, quod libri V. caput 11. *de gratitudine* inſcribitur, & caput III. *de ingratitudine*, quas voces neque uſquam illo ſenſu apud probum ſcriptorem reperias, nec ipſe Valerius toto duplici capite uſurpavit, quum occaſio uſurpandi, atque adeo prope neceſſitas non deeſſet. Addit his, ſe habuiſſe ſcriptum manu Valerium, in quo *de gratis, & ingratis* capita inſcripta erant. En inſcriptionem Vavaſſoriano Codici conſentaneam. *De pietate erga parentes. De pietate erga fratres. De pietate erga patriam. De parentum amore, & indulgentia in liberos: De parentum moderatione adverſus ſuſpectos filios: De parentibus, quibus* (ſic) *obitum filiorum forti animo tulerunt: De ſeveritate parentum in liberos.*

Liber ſextus. *De pudicitia. De his qui ſuam pudicitiam vendicarunt.* Duo hæc capita in editis unum caput efficiunt. *Libere dicta, aut facta* &c.

Quæ addo, ex poſtrema operis pagina ſumpta ſunt. *Decimus autem hujus operis liber, qui & ultimus dicitur, vel negligentia, vel malivolentia librariorum deperiit.*

Abbreviator vero Julius Paris titulos ejus habebat integre, fortaſſis tamen de uno tantum, hoc eſt de pronomine epitoma repræſentabat ſub hoc compendio Varro in Italia &c.

Digitized by Google

XVII. Sequitur quinta classis Philosophicorum, quorum primus esto membranaceus Codex (4), qui M. T. Ciceronis *de natura Deorum* libros tres complectitur. In Philosophicis numerandi sunt etiam Boethii Codices duo, quorum alter ejus *de consolatione Philosophica* libros quinque, alter commentarios continet in eosdem libros. Primus est in membrana (4) atque in operis calce librarii nomen adparet.

Explicit Boecius de consolatione
Hic liber est scriptus; qui scripsit, benedictus sit.
Completo libro detur laus, & gloria Christo.
Istum librum scripsit Joannes de primicerio . . . .

Ultimus hic versiculus rubricatis litteris pictus est.

Chartaceus Codex est posterior, qui hoc titulo prænotatur: *Incipit expositio quinque librorum Boetii de consolatione philosophica edita a fratre Nicolao Treveh Anglico fratre Ordinis Prædicatorum Theologiæ professore*, de quo Vossium, Dupinium, Oudinum, Echartum, ac Fabricium consule *in Bibl. medii ævi*. In hunc autem modum exorditur notationes suas Dominicanus interpres. *Explanationem librorum Boetii de consolatione Philosophica aggressurus votis quorumdam fratrum satisfacere cupiens, qui me ex professione Ordinis Prædicatorum tam majoribus, quam minoribus Apostolico debito obligatum ad hoc propter nonnulla, quæ in eis videbantur obscura, devota supplicatione compulerunt, historiam Theoderici Regis Gothorum ex diversis Chronicis collectam censui prælibandam*. Nicolai Treves Anglici Ordinis Prædicatorum glossulas in Boethium memorat Labbeus (*Bibl. MSS. p. 276.*) Ego vix crediderim intelligi latos hosce Commentarios. Dono ipse nuper alium ab amicissimo viro adcepi pervetustum Boethii Codicem membranaceum (8) qui inscribitur: *Annicii Mallii Severini Boetii Exconsulis Ordinarii Patricii de consolatione Philosophie*: Mirum est, Fabricium rerum istarum peritissimum non vidisse Venetam Boethii editionem (f) *mandato, & expensis nobilis Viri Lucæ Antonii de Giunta Florentini anno Domini 1523. die IX. Julii*. Si enim titulum spectes, adcuratior utique est Florentina anni 1521. per Nicolaum Crescium, opera heredum Philippi Junctæ, quam tamen magnificis verbis prædicat Sitzmannus. Titulum illum adcipe: *Severini Boetii de Philosophica consolatione, nec non disciplina scholastica* (emunctioris tamen naris critici alterum hocce opusculum Boethio abjudicant) *admiranda opuscula: noviſſime collatis omnibus exemplaribus hactenus impressis, & duobus etiam manuscriptis de verbo ad verbum affatim recognita, cunctisque mendis, & erroribus, quibus undique fœdata erant, expurgata*. Editionis huius auctor Lucas Panerius Canonicus Olchinensis, qui in epistola ad Aloysium de Priolis Patricium Venetum mira de suis in ea paranda laboribus præfatur.

Digitized by Google

XVIII. Sexta reſtat Claſſis, quæ maxime ſtudiorum meorum propria eſſe videtur, Codicum Eccleſiaſticorum. Ex his unus in membrana minutiſſimo charactere conſcriptus *Concordantias ſacrarum litterarum* continet: Alter item Membranaceus (f) quinque Decretalium libros *cum gloſſis* Bernardi. Tertio, qui etiam in membranis, hic titulus. *Incipiunt Conſtitutiones novæ editæ in concilio Vienenſi per felicis recordationis Dnum Clementem Papam V. & confirmatæ per SS. PP. Dnum Joannem* XXII. Præterea eodem volumine continetur *Apparatus* Joannis Andreæ ſuper ſeptimo Decretalium. Eſt membranaceus alius (f), cui titulus: *Liber Sacrificiorum*; ſed revera eſt commentarius in librum Sacrificiorum, qui a quodam Carthaginenſi Epiſcopo fertur compoſitus.

His adcedit Miſſale in Membranis. Nihil in eo peculiare, niſi quod Conſecrationis verba iiſdem plane characteribus, quibus reliquus Canon, ſcripta ſunt, nulloque interpoſito ſigno; oratio vero *Omnipotens ſempiterne Deus, qui Vivorum dominaris ſimul* &c. inſcribitur *Oratio generalis S. Auguſtini pro vivis & defunctis* (17). Kalendarium quidem, quod Miſſali præfigitur, aliqua ſuggerit conſideratione digniſſima. Primum eſt, 2. Aprilis Zenonem *Epiſcopum, & Confeſſorem* memorari, quod an illis faveat, qui Martyrium S. Zenonis inficiantur, ii viderint, quibus illud Martyrium probatur. Alterum eſt, 3. Julii Muſtiolæ Virginis mentionem fieri, quam *Matronam* Uſuardus appellat, plures Martyrem colunt. Tertium eſt S. Zenobii VIII. Kal. Junii, & Viſitationis B. M. Virginis VI. Nonas Julii feſtum recentiori manu margini adſcriptum, quemadmodum etiam B. Attonis XI. Kal. Julii (Num error eſt? certe heic colitur B. Antiſtes 22. Maii) & XIV. Kal. Sept. S. Ludovici Toloſatis memoria Kalendario ipſi ab juniore quodam inſcripta adparet; hinc enim colligere eſt, ante Urbanum VI. quem Viſitationis feſtum auctorem habet, atque adeo ante annum 1317. quo in Sanctorum album ab Johanne XXII. relatus eſt S. Ludovicus, Miſſale hoc ſcriptum fuiſſe.

(17) *Hanc ſequuntur Orationes tres, quæ in hodiernis Miſſalibus deſiderantur.*

Oratio ſingularis S. Auguſtini.

PIetate tua queſumus Domine, noſtrorum ſolve vincula peccatorum, & intercedente B. & gloriosa Dei genitrice Maria cum omnibus Sanctis tuis, nos famulos tuos, atque locum iſtum in omni ſanctitate cuſtodi, omneſque conſanguinitate, ac familiaritate nobis coniunctos a vitiis purga, virtutibus illuſtra, pacem & ſalutem nobis tribue, hoſtes viſibiles, & inviſibiles remove, carnalia deſideria repelle, aerem ſalubrem indulge, amicis & inimicis noſtris caritatem largire, & omnibus fidelibus vivis & defunctis in terra viventium vitam & requiem æternam concede. Deus, qui ſingularis corporis tui hoſtia totius mundi ſolviſti delicta, hac oblactione placatus, maculas ſcelerum noſtrorum abſterge, & omnium Chriſtianorum vivorum, & mortuorum peccata dimitte, nobiſque præmia æterna concede.

P. Co. Sumpta quæſumus Domine, Sacramenta cœleſtia omnia crimina noſtra detergant, omnemque pravitatem, & infirmitatem, ſeu hoſticam rabiem, atque ſubitaneam mortem, meritis Beatæ Mariæ ſemper Virginis, & omnium Sanctorum a nobis procul repellant, & omnibus fidelibus vivis, & defunctis proſint ad veniam, pro quorum tibi ſint oblata ſalute. Per.

XIX.

Digitized by Google

XIX. Verum omnibus his antiquitate, præſtantia, atque utilitate antecellit Codex Uſuardini Martyrologii, de quo poſtremo loco ſcribenda ad te aliqua duxi. Enim vero quæ ad huius Codicis ætatem adtinent, ceteraſque Martyrologii Uſuardini dotes, non ego heic perſequar. Agam de his in Bibliotheca Martyrologica, in cuius conficiendæ cogitationem veni paullo poſt ſcriptas a me ad Bollandianos de invento hoc Codice litteras. Noſti enim tum me ad Johannem Pinium ſcripſiſſe, ope huius Codicis vindicari multis in locis poſſe a contumelioſis Bovillartii declamationibus, quæ adverſum exiſtimatum Pratenſe Uſuardi αυτογραφον propoſuerat Johannes Baptiſta Sollerius ὁ μακαρίτης, eaque de cauſſa novam Uſuardini Martyrologii editionem moliri me variis adnotationibus Ortographicis, Hiſtoricis, Geographiciſque inluſtrandam. Verum poſtea rem longe utiliſſimam facturum me ſenſi, ſi opus adgrederer nemini, quod ſciam, tentatum hactenus, Kalendaria nimirum, & Martyrologia quæcumque antiquiora a Bucherio, Roſvveido, Florentinio, Caniſio, Frontone, Allatio, Bollandianis, Mabillonio, Acherio, Martenio, ac Romanis Anaſtaſii editoribus vulgata ſunt, in unam veluti Bibliothecam congerere. Utinam quæ MSS. in Bibliothecis, atque Eccleſiarum Archivis conſepulta jacent, liceat mihi conſulere! Sed huius editionis methodum heic juvabit adſcribere, ut quæ mutanda, addendave ſenſerint eruditi Viri, quibuſcum propterea hanc epiſtolam noſtram communicari abs te pervelim, edoceant me quantocius; ſi quid etiam juvare editionem hanc poſſit, humaniter ſuggerant.

Hæc itaque Martyrologiorum Bibliotheca ſex omnino voluminibus conſtabit. In primum conjiciam Kalendaria, & Martyrologia tum Hieronymianis antiquiora, tum Hieronymiana ipſa, ſive quæ fuſiora Florentinius, Acherius, & Martenius ediderunt, ſive quæ contractiora Bollandiani, aliique in lucem emiſere, variantibus aucta Lectionibus, congruis adnotationibus, deque auctore, atque antiquitate eorum prodroma diſſertatione, quod etiam in ceteris libris diligenter ſervabimus. Volumen alterum damus Martyrologiis Bedæ, Flori, Vvandelberti, ac Rabani. In tertio Romanum parvum collocabimus, Adonem ad ſimplicem, integram, genuinam, & germanam, quam Sollerius exoptabat, formam revocatum, & Adoniana Martyrologia, in quibus ſane principem ſibi locum vindicaret Uſuardus, niſi is integrum volumen depoſceret. Quartum igitur habebit Uſuardus, & quæ ex illo ducta ſunt, cetera Martyrologia. In quinto ſtatuam Baronii Eminentiſſimi Martyrologium, & adnotationes, primum Baronii ipſius, tum Illuſtriſs. de Aſte, Caſtellani, ac P. Politi viri doctiſſimi, tum demum noſtras de Sanctis, qui in eo Martyrologio recenſentur; de iis enim, quos Baronius prætermiſit

Digitized by Google

ab aliis Martyrologiis memoratos ſuis locis diſceptabimus. Sextum vero efficient Indices quinque, primus Topographicus, alter Onomaſticus, tertius, & quartus Hagiologicus, quorum ille Sanctos Baroniani Martyrologii, hic omiſſos a Baronio exhibebit, ultimus rerum, quæ notatu digniſſimæ videbuntur. Adcedet diſſertatio de Martyrologiorum in rebus Hiſtoricis auctoritate. (18) Opportunius igitur in quarto Bibliothecæ noſtræ volumine de hoc Uſuardino Codice ſermonem inſtituam. Ne tamen nihil omnino hic adtingi a me querare, nonnulla proferam, quæ ibi inſulſe a me adducerentur in medium. Sunt autem additamenta quædam, quæ in oris paginarum, ut vulgo loquuntur, marginalibus, patriæ eruditionis cauſſa, recentior manus adſcripſit. Ex multis tamen pauca deligam; quæ enim veluti ad Uſuardinum Martyrologium adceſſiones ad Sanctos ſpectant, ſuum alibi locum habebunt; cetera vero, quæ aut ad officiorum celebrationem adtinent, aut ad ſolutionem pecuniæ, frumentive ſtatis anni diebus, atque ad alia id genus permulta, tanta non ſunt, ut deſcribi mereantur. Unum tamen ex his non omittendum; plura enim ſcitu digna in mentem revocat.

XX. Hæc igitur leguntur IV. Kal. Maii poſt elogium S. Vitalis Martyris Ravennatis. *Ad cuius eccleſiam Canonici, & Capitulum Piſtorienſe proceſſionaliter tenentur ire vigilia eius ad celebrandam vigiliam, & in mane ad canendum Miſſam. Et Prior dicte Eccleſie tenetur eis dare duos edos, ut patet publico inſtrumento ſcripto manu Ser Sciatte Piſani anno Domini* MCCCXL. *die* 27. *Aprilis. Quæ eccleſia facta fuit prioria anno Domini* MCCCXXXIIII. *die* 21. *Octobris a Domino Johanne Sancti Theodori Diacono Cardinali tunc in partibus Tuſcie legato. Et eidem univit Eccleſias S. Proſperi de Caſtellina Lombardorum, & Frediani de fabrica. Item prefata Eccleſia S. Vitalis eſt decimalis, & Suburbana Capituli majoris Eccleſie Piſtorienſis, & uſque in hodiernum diem anno Domini* MCCCCXLIII. *populani, ſive cappellani ejuſdem eligunt priorem, ſive rectorem, & dictum Capitulum confirmat. Et de juriſdictione dicte Eccleſie patet quatuor privilegiis, ſcilicet Urbani Papæ II. datum Piſtorie XIV. Kal. Januarii anno Domini ab Incarnatione* MXCIIII. *& Eugenii Pape III. datum ſigne ab Incarnatione* MCLI. *tertio idus Decembris. Et Anaſtaſii Papæ IV. datum Laverani VI. idus Febr. ab Incarnatione* MCLII. (Legendum MCLIIII., quo anno aliud Anaſtaſii diploma ad Piſtorienſem Eccleſiam datum habeo; VI. enim Eidus Februar. a. MCLII. atque adeo MCLIII. adhuc in vivis erat Eugenius III. Porro extremitates paginarum mutilæ nonnihil ſunt, ut duæ unitates facile perierint) *& Alexandri Pape III. datum Feren-*

(18) Vide quæ ſuper hac ipſa Bibliotheca Martyrologica ſcripta ſint a me in literis ad nobilem ornatiſſimumque adoleſcentem Laurentium Covium Brixianum T. XLI. Collect. Calogerianæ.

in

Digitized by Google

ti XIII. Kal Decembris ab Incarnatione MCLXXII. *qui quatuor privilegia sunt penes dictum Capitulum.*

Hæc privilegia videndi atque cum aliis veteribus chartis permultis describendi copiam nobis fecerunt Illustriss. ac Reverendiss. Canonici, quos inter adpellare mihi liceat grati animi causſa D.D. Johannem Jacobum Scarfantonium Pistorienſis Antistitis Vicarium, Capitulique Præpositum, Nicolaum Rospillioſum, & Felicem Dondorium Archivo præfectos, Canonicum Montemagnum, ut ajunt, seniorem, ac Matthæum Odaldum Archidiaconum. Ac libentiſſime quidem heic illa describerem, niſi grandius opus molirer, in quo ſuum habitura ſunt locum, Codicem nempe Urbis Eccleſiæque Piſtorienſis Diplomaticum (19). Interea ex verbis Martyologii noſtri nuper recitatis, vides Urbanum II. Piſtorii anno 1094., quo tempore quemadmodum canit Donizo in vita Mathildis cap. VIII.

Dux bonus Urbanus factis, & nomine clarus
Esse triumphandi tempus de Principe Sabin
Percipiens, Romam dimittens, venit ad oras
Longobardiæ cum Concilio Comitissæ.

An vero Piſtorii diebus quoque Natali Domini ſacris fuerit Urbanus, ignoro. Unum hoc tradit Bertholdus in Chronico ad ann. 1095. a Natali ann. 1094. an. 1095. ducens exordium: *Dominus Papa Urbanus jamdudum de Roma profectus natalem Domini in Thuscia glorioſiſſime celebravit.*

Sed ut cætera expendam, *Populanorum* nomen non invenio apud Cangium veteris editionis; quam enim celeberrimi PP. Benedictini Congregationis S. Mauri adornarunt, fruſtra heic conquiſivi. *Cappellanorum* quidem vocabulum extat in Gloſſario adpellati Cangii, non eo tamen ſenſu, quo heic certe uſurpatur, popularium in certam παροικίαν tranſcriptorum. *Decimalium* Eccleſiarum mentionem fieri in Chronico Corbejæ novæ teſtificatur idem Cangius. Recte autem *Suburbana* dicitur S. Vitalis Eccleſia, per id enim tempus extra Civitatis muros ſita erat. Johannes S. Theodori Cardinalis Diaconus, cujus heic mentio, Cardinalis renunciatus eſt Avenione ab Johanne XXII. XVI. Kal. Jan. 1316., quemadmodum in huius Pontificis hiſtoria adfirmat Bernardus Guidonis, qui & illum Johannem Gajetani Romanum de Urſinis fuiſſe prodit. Eius conſtitutiones ad prolapſam Cleri diſciplinam reſtituendam Florentiæ editas an. 1326. dabimus in Codice diplomatico ex MSS. huius Capituli. Ipſo autem anno 1334., quo Johannes de Eccleſia S. Vitalis optime meritus eſt, Avenionem rediit, ante XIII. Kal. Januarias, quo die Benedictus XII., Johanne XII. III. Non. Decembris vita functo Pontificatum ſuſcepit. Oldoinus a Contelorio deceptus Johannem Cardinalem an.

(19) Alio nunc titulo idem opus prodibit.

1339.

Digitized by Google

1339. e vivis ereptum ſcribit; verum jam anno 1335. XXIV. Kal. Septembris eum vita exceſſiſſe negari non poteſt, quum id diſertis verbis pronunciet anonymus auctor rerum a Benedicto XII. geſtarum, quem profert Baluzius (*in vit. Paparum Avenion. T.* 1.) De hoc Johanne plura Villanius, Oldoinus, & Baluzius (*col.* 734. *& ſeqq.*) Hæc ad eum locum Martyrologii adnotaſſe ſufficiat. Ad alia progredior.

XXI. *Idibus Aprilis MCCII. peccatis exigentibus combuſta eſt Eccleſia Major Piſtorienſis cum VIII. aliis Eccleſiis cum majori parte Civitatis.* Idem iiſdem pene verbis notatum eſt in Kal. quodam recentiore, quod in Archivo Capituli adſervatur.

III. *Idus Jun. Dedicatio Majoris Eccleſie Piſtorienſis ſub S. Zenonis Epiſcopi & Confeſſoris titulo facta a Domino Donato de Medicis* XI. *die Junii anno Domini* MCCCCXLIII. *Canonicis eiuſdem Templi dedicari petentibus cum Clero, & populo devotiſſime aſſiſtentibus, quibus ipſo die dedicationis Indulgentiarum annum unum, & ſingulis diebus octavarum* XL. *dies. In anniverſario vero* XL. *conceſſit perpetuo duraturas.* Huc ſpectat tetraſtichon marmori inſculptum, quod recitat Dondorius:

Zenonis templum ſacravit Barnaba feſto
Donatus Præſul: Civium gaudeat Concio tota,
Humilibus precibus præbeat Altiſſimo grates,
Mille quater centum, decem quatuorque, tribuſque.

Eadem vero Eccleſia ſub initium S. Martino Turonenſi ſacra fuit, quod Ughellius, & Dondorius tradit: Diſplicet id quidem Viro Cl. Coleto; ſed immerito. Quod enim in duobus, quæ ipſe adfert, inſtrumentis Piſtorienſis Eccleſia dicatur Eccleſia S. Zenonis, Rufini, & Felicis, non autem Martini, nullius eſt momenti. *Eccleſiam beati S. Zenonis, Martini, Rufini, Proculi, & Felicis* vocat Teudicus Comes in charta anni 944. quam reperi in libro ✠. Capitularis Archivi pag. 5. Comes vero Kadulus in charta anni 953. Eccleſiam adpellat *S. Zenonis, Rufini, & Felicis, atque Martini, Proculi, & Michaelis*: quæ duæ chartæ monumentis a Coleto adlatis ſunt antiquiores.

Ad VI. Kal. Nov. hæc adnotantur. *Iſto die VI. Kal. Novembr. anno ab Incarnatione Domini* MCLXXXI. *Federicus Romanorum Imperator, & Auguſtus intravit Civitatem Piſtorii, ubi Dominum Rainaldum Epiſcopum inveſtivit per ſceptrum de feudo Imperiali, nullo ſibi Sacramento ab Epiſcopo preſtito, quod ei tum propter ſenectutem, tum propter nimium amorem civitatis ipſius libentiſſime donavit.*

IV. Idus Decembris in Martyrologio adnunciatur S. Eulalia, *de qua Santa Eulalia* (hæc margini adſcripta ſunt) *uſque in hodiernum diem celebratur feſtum in Capella S. Jacobi ſita in majori Eccleſia Piſtorienſi, & per Capitulum*

Digitized by Google

pitulum dicte Eccleſie, quia dicto die Civitas Piſtorii liberata fuit ab Uguictione de Faguela tunc Domino Cuntatus Piſarum, & Luce an. Domini MCCCX. Sed hæc an. 1314. 3. Idus Dec. contigiſſe narrat Anonymus æqualis temporum illorum in annalibus Piſtorienſibus (T. XI. Rer. Italic.) quorum exemplum MS. vidi Florentiæ in Bibliotheca Magliabecchiana.

XXII. Sed nimis exceſſimus epiſtolæ modum. Quamquam ſi quem tu multis ab hinc annis ſuſcepiſti, Hieronyme, infinitum illum laborem ſuſtinerem, varias in univerſa Tullii opera Lectiones ex quadringentis omnino MSS. Codicibus, atque editis libris colligendi, eaque tum celebrioribus, qui hactenus prodiere, cum tuis luculentiſſimis Commentariis illuſtrandi, tam longis te epiſtolis non obtunderem. Utinam tu te aliquando ulciſcare. Id ſane velim; ſed expeditum litteratis omnibus viris fac tandem opus adpareat. Litterarum, quas ſcripſi ad Ferdinandum Valdeſium Lampridii propugnatorem acerrimum exemplum ad te miſi (20). Alphonſum Nicolajum Poetam elegantiſſimum, ſacrorumque Bibliorum interpretem diſertiſſimum jube ſalvere. Cura ut valeas. Dabam Piſtorii. Eidibus Quinctilibus A. O. R. CIↃIↃCCXLIII.

Recognoſcebam Florentiæ Nonis Januarii A. vulgatæ æræ CIↃIↃCCL.

(20) Hæ tamen Literæ numquam editæ fuerunt in aliquod erga viventem Valdeſium ſeu Muratorium grati animi argumentum ob Paraquarienſium Miſſionum hiſtoriam ab ipſo conſcriptam.

Digitized by Google

INDEX

Auctorum, qui in Bibliothecis Piſtorienſibus MSS. adſervantur.

Prior numerus Romanus partem, poſterior caput indicat, ceteri paragraphos.

A

ADo Viennenſis II. 3. 2.
Alexander Magnus II. 2. 2.
Alighierus Dantes. V. *Dantes*.
S. Ambroſius II. 2. 2. & 5.
Ambroſius Coriolanus. V. *Coriolanus*.
Anaſtaſius Bibliothecarius II. 2. 12.
Anonymus I. 5. II. 2. 7. & 17. II. 3. 8. II. 4. 11. II. 5. 1. & 3. III. 14.
Antonius Luſcus. V. *Luſcus*.
Arfaruolus Pandulphus II. 5. 5.
Ariſtoteles II. 5. 6.
Aſconius Pædianus III. 15.
S. Auguſtinus II. 2. 1. & 2. & 5. & 10.

B

Ven. Beda II. 2. 10.
Bernardus III. 18.
Bernardus de Boſqueto II. 6.
Biblia ſacra I. 2. II. 1. 1. & 2. & 3.
Boethius II. 2. 7. III. 17.
S. Bonaventura II. 6.
Borellius Joſephus II. 5. 5.
de Boſqueto Bernardus. V. *Bernardus de Boſqueto*.
Bruno Signienſis II. 2. 13.
Burchardus Wormatienſis II. 3. 3. & 12. & 13.
Burler Gualterius. V. *Gualterius Burler*.

C

Canonum libri I. 3. II. 9. 12. & 14. & 15.
Catenæ in Biblia II. 1. 4. & 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13.
Cato III. 14.
Cavalca Dominicus II. 5. 1.
Fr. Cherubinus O. Min. II. 6.
S. Chryſoſtomus Johannes. V. *Johannes Chryſoſtomus*.
Cicero M. Tullius III. 15. & 17.
Claudius Taurinenſis II. 2. 11.
Comeſtor Petrus. V. *Petrus Comeſtor*.
Concilia II. 3. 1. & 2.
Concordantiæ Bibliorum III. 18.
Coriolanus Ambroſius II. 6.
Creſcentius Petrus. V. *Petrus Creſcentius*.
S. Cyprianus II. 2. 1. & 2. II. 6.

D

Dantes Alighierus II. 5. 6.
Decretales II. 3. 4. & 6. & 7. & 9. III. 18.
S. Dionyſius Areopagita II. 2. 12.
Dominicus Cavalca. V. *Cavalca Dominicus*.

E

Erigena Johannes Scotus II. 2. 12.

F

Ficinus Marſilus II. 5. 1.
S. Fulgentius Ruſpenſis II. 2. 6. & 10.

G

S. Gaudentius Brixianus II. 2. 3.
Gerardus Cremonenſis, ſeu potius Carmonenſis II. 5. 3.
Gerardus (fortaſſe Magnus Daventrienſis) II. 5. 1.
Gilbertus Porretanus II. 2. 15.
S. Gregorius Magnus II. 2. 8.
Gualfridus de vino ſalvo II. 5. 6.
Gualterius Burler II. 5. 3.
Guarinus Venonenſis II. 2. 1.
Guido Arretinus II. 4. 12.
Guillelmus Heutysbery II. 5. 13.

H

Hannibaldus Cardinalis II. 5. 2.
Heſiodus III. 14.
Heutysbery Guillelmus. V. *Guillelmus Heutysbery*.

Hierony-

Digitized by Google

Hieronymus Arretinus Episcopus II. 2. 14.
S. Hieronymus Stridonensis II. 2. 4. & 5. & 8. II. 3. 12.
Hildebertus Cenomanensis II. 1. 6.
Homerus III. 14.
Homiliæ II. 4. 8. & 9. & 10.
Horatius III. 14.

I

Johannes Andreæ II. 3. 6. & 7. II. 6. III. 18.
S. Johannes Chrysostomus I. 5.
Johannes Erigena Scotus II. 2. 12.
S. Isidorus Hispalensis II. 2. 9.
Justinianus Imperator II. 5. 4.
Juvenalis III. 14.

L

Lactantius Statii interpres III. 14.
Laurentius Valla. V. *Valla*.
S. Leo I. Papa II. 2. 10.
Liturgici libri I. 4. II. 4. 1. & seqq. III. 18.
Lombardus Petrus. V. *Petrus Lombardus*.
Lotharius Cardinalis II. 5. 1.
Luscus Antonius III. 15.

M

Maffejus Vegius Laudensis II. 2. 1.
Marsilius Ficinus II. 5. 1. Parisiensis II. 5. 3.
Martinus Dominicanus II. 3. 5.
Missale. V. *Liturgici libri*.

N

Nicolaus Simonis II. 6.
Nicolaus Triveth I. 5. III. 17.

P

Passionales libri I. 1. V. Vitæ *Sanctorum*.
Peregrinus Episcopus II. 1. 2.
Persius III. 14.
Petrus Comestor II. 2. 16.
Petrus Crescentius II. 6.
Petrus Lombardus II. 5. 2.
M. Platearius II. 5. 3.
Plinius junior II. 2. 1.
Priscianus III. 13.
S. Prosper II. 2. 1.
Prudentius III. 14.
Ptolemæus II. 6.

Q

Quinctilianus II. 5. 6. III. 15.

R

Rufus Sextus. V. *Sextus*.

S

Sallustius II. 6.
Severianus Gabalitanus II. 2. 10.
Sextus Rufus III. 16.

T

Terentius III. 14.
Theocritus III. 14.
Theodemirus Abbas II. 2. 11.
S. Thomas de Aquino II. 6.
Triveth Nicolaus. V. *Nicolaus Triveth*.

V

Valerius Maximus III. 16.
Valla Laurentius II. 5. 6.
Vegius Maffejus. V. *Maffejus Vegius*.
S. Vigilius Episcopus II. 2. 3.
Vitæ Sanctorum II. 4. 7. & 10. II. 5. 1. V. *Passionales libri*.
Usuardus II. 19.

Z

S. Zeno Veronensis II. 2. 5.

Digitized by Google

APPENDIX
INEDITORUM MONUMENTORUM.

I.

Theodemiri Abbatis Benedictini ad Claudium Taurinenſem

Epiſtola ex Piſtorienſi Codice deſcripto p. 2. c. 3. n. 2.

AMABILI MAGISTRO DOMINO

CLAUDIO Sedis Taurinenſis Epiſcopo (1) Theutmirus filius veſter, omniumque Abbatum minimus Abbas (2) in Domino æternam ſalutem.

MI Pater, & Magiſter librum Exodi (3), quem miſiſti, relegi, quo gaudio immenſo gaviſus ſum, ſive (leg. ſicut) de Epiſtolis Magiſtri gentium Pauli (4) in alia epiſtola (5) quam miſi ipſe, cognoſcetis. Nam & venerabilis Pater Teldrathus quondam Epiſcopus Lucdonenſis (6), cum hoc audiſſet, gaviſus eſt & ipſe, rogavitque eum mihi multum ad ſcribendum; & miratus fuit, cur epiſtolam illi non miſiſtis ex tanto tempore, & promiſit, quod ipſe ſuam epiſtolam vobis miſſurus ſit; valde enim deſiderat viſionem veſtram, ſi fieri potuiſſet, & ſi non viſione corporea, vel epiſtola. De Domno Nimbridio Patre noſtro Archiepiſcopo Narbonenſe (7) quid dicam, quam inmenſo fuit repletus gaudio, quando de expoſitione præfati libri ei dixi? quam humiliter eum mihi petiit ad legendum, vel ſcribendum; & miratus fuit & ipſe, cur veſtram epiſtolam ei non miſiſtis. Mittite quæſo crebras epiſtolas in his partibus Epiſcopis, Abbatibus, & Monachis, maxime, ſi vobis placet, mihi filio veſtro, qui ſemper hoc æſtuo, & deſidero. Inter cetera rogo illas quæſtiones de Regum (Subaudi *libro* ab exſcriptore utique prætermiſſum) quas vobis in brevi ſceda miſit, ut mihi elucidatas mittatis non ſolum ſecundum hiſtoriam, ſed etiam ſecundum allegoriam; vel tropologiam: primum, quantum ad hiſtoriam ſtare poteſt; ſecundum, ſi allegoria recipit; tertium vero per omnia moralitate. Nam de illis quæſtionibus triginta, quas Notelmo petente [8] Beda presbiter (9) expoſuit de præfato libro Regum, ideo non petivi exponendas vobis, quia uno in corpore cum expoſito de Templo Salamonis, ſicut a præfato Presbytero Beda expoſitum eſt (10), apud nos habentur: Inter hæc omnia, ut & ipſas quæſtiones, quas mihi corrigatis, & per ordinem exponatis, & quidquid imperito ſermone locutus fuerit (11) ut Magiſter, ita diſcipulum emendate. Ego enim non per ordinem miſi propter quamdam agilitatem, & negligentiam Scriptoris: vos vero ut hiſtoria ſe habet, ordinate

Et ſuſcitabo [12] mihi Sacerdotem fidelem
Et non cecidit ex omnibus verbis ejus in terram
Et percuſſit de populo LXX. viros & L. plebis

Ex qua die manſit Arca in Cariathiarim, multiplicatæ ſunt dies &c.
Quod ait Jonathan ad David: Si vixero, facies mihi miſericordiam &c.

Quod

Quod ait Abigail ad David : si enim surrexerit homo aliquando persequens te &c.
Et præcepit, ut docerent filios Juda arcum
Et percussit Moab, & mensus est eos funiculo
Ipse esset quasi tenerrimus ligni vermiculus
Ipse descendit & percussit Leonem in media cisterna
De Templo, quod habebat XXX. cubitos in altitudinem, & in libro Paralipomenon habebat CXX.
Ostium medii lateris in parte erat domus dexteræ
Texitque domum laquearibus cedrinis
Cumque imminerent vectes, & apparerent summitates eorum foliis (lege *foris*) sanctuarium &c.
Fecit Salamon festivitatem celebrem, & omnis Israel cum eo
In diebus ejus ædificavit Deachiel (*Hiel. Vulg.*) de Bethel hierico
Hæc faciant mihi Dii, & hæc addant, si sufficiat pulvis Samariæ pugillo universi populi
Tertia pars vestrum introeat Sabbato, & observet excubitum domus Regis
Produxitque filium Regis, & posuit super eum diadema, & testimonium
Et non fiebat ratio his omnibus, qui accipiebant pecuniam
Ipse percussit Edom in valle Salinarum
Ipse restituit terminos Isdrael ab introitu Emath
Et una quæque gens fabricata est Deum suum
Ubi est Deus Emath & Arfath?
Ubi ascendit umbra X. lineis
Quæ habitabat Jerusalem in secunda
Contaminatum quoque Thofeth quod est in valle filii Ennon
Abstulit quoque equos, quos dederant reges Juda soli
Excelsa quoque, quæ erant in Jerusalem ad dexteram partem montis offensionis &c.
Et transtulit omnem Hierusalem, & universos Principes &c.

Has quæstiones XXX. atque aperitiones illarum, si prudentiæ vestræ placet, cum illis quæstionibus de prædicto libro Regum, quas misi Sanctitati vestræ explanandas, cum vobis explanatæ fuerint, ordine suo uno adunentur in corpore, & ut ipse nostis & vestram præfationem & meam petitionem quasi præfatiunculas in capite explanationum de præfatis quæstionibus adnotate, & in omnibus Scripturis, quas istis in partibus mittitis, mei non obliviscamini, scilicet semper admonere dignemini, quid agere debeam. Maxime in orationibus obsecro, ut ipse rogetis Deum pro me, & per studium vestrum alii etiam rogent. Si enim unius justi oratio multum valet, ut ipse nostis, quanto magis multorum assidua. Vale mi pater, & in spiritualium filiorum prosperis semper polle.

ADNOTATIONES.

(1) De eo Jonas Aurelianensis Episcopus. *Is namque* (Ludovicus Imperator) *dilectissimus Princeps ... quemdam presbyterum, natione Hispanum* (non Scotum, ut visum est Labbeo *in dissert. hist. ad Bellarm. Scriptores Ecclesiast.* & Usserio aliisque) *nomine Claudium, qui aliquid temporis in palatio suo in presbyteratus militaverat honore, cui in explanandis sanctorum Evangeliorum lectionibus, quantulacumque notitia inesse videbatur, ut Italicæ plebis, quæ magna ex parte a sanctorum Evangeliorum sensibus procul aberat, sacræ doctrinæ consultum ferret, Taurinensi præsulem subrogari fecit Ecclesiæ.* Vide de eo Ughellium in Italia sacra, ubi de Archiepiscopis Taurinensibus.

(2) Fuis is Gallus, cujusdam monasterii (quod Psalmodiense in Septimania fuisse conjicit Mabillonius *Ann. Benedict.* T. II. lib. XXVIII. n. XXXIV.) in quo *centum quadraginta monachi sub regula sancti*.

Digitized by Google

cti Benedicti vivebant, ut constat ex Apologetico Claudii Taurinensis adversus ipsum Theodemirum edito, de quo in adnotationibus ad sequentem epistolam.

(3) Scripserat Claudius hos in Exodum commentarios anno DCCCXXI.

(4) Quas intelligit epistolas Paulli Theodemirus? Nam Claudius edidit commentarios in epistolam ad Galatas, quos & Dructeranno Abbati Solemniacensi inscripsit; itemque in alias Paulli epistolas, quas habet Bibliotheca Floriacensis Monasterii in duobus voluminibus exaratas, ut testificantur Caveus in *hist. liter.*, Oudinus in *suppl.* Bellarm & Mabillonius, qui etiam Præfationem in epistolam ad Ephesios, seu potius nuncupatoriam eorum commentariorum ad Ludovicum Pium epistolam Tomo I. *analectorum* inseruit. Sed certe commentarios Claudii significat in epistolas ad Corinthios, ut dicemus ad not. XI. in epistolam Claudii.

(5) Plures ergo ad Claudium scripsit Theodemirus epistolas. Quam heic indicat, ea vel periit, vel certe etiamnum in Bibliothecarum forulis cum blattis miscella luctatur.

(6) Alias Leidtradus, de quo Maurini in Gallia Christiana. Quod autem heic dicitur *quondam Episcopus Lucdonensis*, seu Lugdunensis, ne credas, Theodemiro hæc scribente vita illum functum fuisse. Vivebat Leidtradus, ut vel ex hoc epistolæ loco, quem inlustramus, manifestum est. Sed ille anno DCCCXIV. Lugdunensi Episcopatu se se abdicaverat, inque Suessionense sancti Medardi cœnobium secesserat, Agobardo in ejus locum subfecto. Vide adnotationes ad sequentem Claudii epistolam.

(7) Est is Nebridius, seu Nifridius Narbonensis Archiepiscopus, de quo per annum DCCCXXIII. nullum monumentum inventum est a Mabillonio in *Annal. Benedict.* atque a Maurinis Galliæ Christianæ editoribus adcuratissimis.

(8) Tunc Londinensi Presbytero, deinde Archiepiscopo Cantuariensi.

(9) De cujus operibus luculente differit Cl. Mabillonius in seculis Benedictinis sec. III. P. I.

(10) Exstat Tractatus iste cum quæstionibus in libros Regum T. VIII. operum antiquæ editionis a Bellarmino descriptæ in aureo de *Scriptoribus Ecclesiasticis* libello.

(11) Legendum omnino *fuerim*. Putabam initio denotari heic quæstiones illas in libro Regum, quas a Nifridio Narbonensi missas paullo antea dixerat Theodemirus: tunc autem optime scriptum fuisset: *fuerit*. Sed libentius hunc locum interpretor de quæstionibus, quas ipse Theodemirus cum hac epistola misit ad Claudium; eas enim diversas fuisse a quæstionibus Nebridii ostendit ipse Theodemirus sub finem scribens: *has quæstiones XXX. atque aperitiones illarum, si prudentiæ vestræ placet, cum ILLIS quæstionibus de prædicto libro Regum, quas misi Sanctitati vestræ explanandas; cum vobis explanatæ fuerint, ordine suo uno adunentur in corpore*. Aliæ igitur sunt quæstiones istæ a primis illis, quas Theodemirus misisse se vere ait, etsi Nebridius miserit, quum hic solius Theodemiri gratia miserit. Ceterum si quis velit, hasce quæstiones ipsas illas esse, quas Nebridius perscripserat, non admodum invitus adsentiar, modo alias ab istis quæstiones antea Claudio missas fuisse a Theodemiro fateatur: quod negari non potest.

(12) Hi sunt Bibliorum loci, de quibus XXX. quæstiones instituit Theodemirus. Eas fuse in ipso hoc Codice idem persequitur, & quid in illis explanandum cupiat, ostendit. Quamobrem non contemnendum Theodemiri opus hoc est, quod in nostro codice exscriptum habemus. Integrum edere in animo habuit Cl. P. Johannes Dominicus Mansi: utrum id reapse præstiturus sit, ignoro. Si diutius Pistorii licuisset immorari, pridem totum ipse evulgassem cum aliis Liturgicis libris & antiquis Canonum Collectionibus in hoc eodem, quod modo perlustramus, Pistoriensium Canonicorum Archivo adservatis. Nam & antiquitate præstant codices isti, & multa in iis sunt, quæ inobservata adhuc ibi magno literariæ Reipublicæ detrimento delitescunt.

II.

Claudii Taurinensis Episcopi

Ad Theodemirum Abbatem responsoria epistola (1).

COmpellit, & constringit me, Frater carissime Theutmire, tua opportuna multimoda inquisitio, non necessitate, sed quod est vehementius, caritate ad multorum exire publicum, formidandumque judicium, illorum videlicet dico, qui secundum faciem, & non justum noverunt judicare judicium, ob hoc videlicet, quod in opusculis nostris, in expositione Pentatheuci (2), atque libri Regum (3), & tuam petitionem & meam præfationem in capite ponere jubeo (3): quod multis nostro tempore præsumptuosum esse videatur, atque ridiculum; qui si veri nominis præfationis

nossent

Digitized by Google

noſſent, (5) non puto iſta dicere potuiſsent. Quia præfatio primi opéris locutio eſt, & prælocutio librorum, quæ ante cauſſas narrationum ad inſtruendas audientium aures coaptatur. Dicta autem Præfatio, quaſi prælocutio, ideſt prima locutio, & alio nomine prologus. Idem ſequenti operi præfatio eſt, & initium locutionis, & caput compoſitionis, quod & alio nomine dicitur procemium; procemium enim eſt initium docendi, & principia librorum, quæ ante cauſſæ narrationem ad inſtruendas audientium aures coaptantur. Cujus nomen plerique latini periti ita poſuerunt. Sciat quiſque ille eſt, noſtro tempori ſcientiam, non noſtræ ſcientiæ ſcribendi tempus deeſſe, ſcilicet tempus per omnia ſcripturas differendi eſſe, ſi Spiritus ſancti gratia cuiquam dignatur adeſſe, nec præjudicandum, quo quiſque tempore ſcribat, ſed hoc ſolummodo diſcernendum, utrum nam vera & catholica, an falſa & hæretica ſint, quæ ſcribat. Et quia tu ſæpe a me requiris multarum rerum abſolutionem, maxime quæ in pentateucho, atque libro Regum, qui & antiquiores & obſcuriores ceteris libris divinæ legis ſunt, & magno interprete indigent, atque in eis non ex meo ingenio, ſed ex illuſtrium doctorum judicio, neque ex propria temeritate, ſed ex aliorum auctoritate interrogationibus tuis, non quantum debui, ſed quantum potui, ſatisfeci, ſectans non tam quam [*redundat hæc vox* quam] eloquii exultantis ambitum, quam neceſſariæ brevitatis modum. Sic enim & innumeris ſatisfieri inquiſitionibus tuis poterit, & mihi inſuper liberum erit, aliqua extrinſecus, quæ cognitioni tuæ utilia arbitror, in aliis libris inſerere, ſi iſta accepta judicaveris. Scire autem volo te, Frater, quod hæc locutio vias quidem aperiat intelligentiæ, non tamen ſingillatim cuncta, quæ ſcripta ſunt, differat, atque abſolvat. Sicut potui, reſpondi inquiſitionibus tuis. Si quid de his rebus, unde me interrogaſti inveniſti melius, ſive invenire potueris, gratiſſimum habebimus, ſi nos feceris noſſe. Pro qua re te deprecor per gratiam Dei, quæ in te, ut credo, exuberat, & non reſpuas deprecantem, ſed libenter doceas, ſi quis (*quid*) potes, quod me fateor ignorare. Et ſi quid hinc abſolutum, ac diffinitum diſputatione rationabili atque perfecta vel legiſti, vel audiſti, vel etiam ipſe audire, aut legere, aut excogitare potueris, peto, ut mihi mittere non graveris. Quia quod confitendum eſt caritati tuæ, plus mihi expedit diſcere, quam docere. Nam hæc admonemus, dicente Apoſtolo Jacobo: (6) *Sit autem omnis homo velox ad audiendum, tardus autem ad loquendum.* Et ſicut ait doctiſſimus Pater Auguſtinus: ut diſcamus, invitare nos debet ſuavitas invitantis; ut autem doceamus, cogere neceſſitas caritatis; ubi potius orandum eſt, ut tranſeat iſta neceſſitas, qua hominem docet aliquis homo, & ſimus omnes docibiles Dei (quamvis hoc ſimus, cum ea, quæ (*ad*) veram pietatem pertinent, dicimus (7) etiam quando illa docere videtur homo; quia neque qui plantat, eſt aliquid, neque qui rigat, ſed qui incrementum dat Deus. Cum itaque ſi Deus incrementum non daret, nihil eſſent Apoſtoli plantatores, & rigatores, quanto magis eo, vel tu, vel quilibet hujus temporis homines, qui in hoc noviſſimo tempore videmur eſſe Doctores. Addidi etiam in hoc opere brevem expoſitiunculam allegoricam in libro Ruth (8) quod tu non poſtulaſti, quod magis ad librum Judicum, quam ad Regum pertinere videtur. Pro qua re obſecro, ut me etſi corpore longe poſitum, tamen mente propinquum Orationibus tuis creatori omnium commendare non ceſſes, ut per virtutem fletuum tuorum & merita Orationum & juxta fluvium Chobar, ideſt ſecus gravedinem hujus ſeculi detineor, tamen Dominum noſtrum in majeſtate gloriæ ſuæ videre deſidero, atque ab ipſo audire, quod in medio ſcorpionum habitatio noſtra conſiſtit.

Initium

Digitized by Google

Initium Commentariorum in libros Regum Claudii Taurinenſis Epiſcopi. (9)

REgum tempora poſt Judices, quando David, Saule reprobato, cœpit regnare, incipiunt; unde & liber, ubi res geſtæ continentur, quæ nunc aggredimur, Malachim, ideſt Regum vocitatur: quod tertio & quarto volumine continetur, meliuſque multo eſt *Malachim*, ideſt Regum, quam *Malacooth*, ideſt Regnorum. Non enim multarum gentium regna deſcribit, ſed unius Iſdraelitici populi, qui tribubus duodecim continetur. Plus tamen in terrena Jeruſalem tribus Juda una ex duodecim diuturna ſucceſſione regnavit, in qua Civitate reprobato Saule prior David regnavit. In quibus temporibus multa, & varia Sacramenta Chriſti, & Eccleſiæ figurantur. Nam in ipſo initio Regum commutatum Sacerdotium in Samuel reprobato Cheli (*Heli*), & commutatum Regnum in David reprobato Saule, exclamat, pronunciari novum Sacerdotium, novumque Regnum in David reprobato vetere, quod umbra erat futuri in Domino Jeſu Chriſto venturum (*venturo*). Nam ne ipſe David cum panes propoſitionis manducavit, quos non licebat manducare niſi ſolis Sacerdotibus, in una, eademque perſona utrumque futurum, ideſt in uno Domino Jeſu Chriſto Regnum, & Sacerdotium figurabat. Aſpice Regum tempora, quia primo Judicum, poſtea Regum, poſt librum vero Judicum ſequitur Regum. Sic erit primum Judicum, deinde Regum. Hujus libri tale principium eſt. *Etc.*

Explicit Tractatus libri Regum quartus.

Incipit Præfatio Claudius Epiſcopi. (*Sic*)

QUia igitur jam fautore Domino in ſuperioribus libris quibuſdam interrogationibus tuis ſatisfactum eſſe puto, frater Chariſſime Theutmire; nunc autem quaſdam quæſtiones tuas in fine libri hujus connectere ſtudemus, quia ſuperfluum mihi viſum eſt, ut nudas litteræ quæſtiones inter ſpirituales permiſcere debuiſſem (10) allegoriæ flores, quædam vero remanent indiſcuſſæ, quia nec in antiquis translationibus aliquid exinde translatum repperi, nec in majorum noſtrorum opuſculis aliquid expoſitum legi, & hæc me ignorare fateor, quia nec quiſpiam me aliquid exinde legiſſe reminiſcor, & ideo de imperitia non erubeſco, quia lectione non doceor, nec de periculo formido, quia quæ (*non*) intelligo, docere non præſumo. Et dum quæſtiones tuas in manibus meis tenerem, finitis jam ſuperioribus libris, ut reſpondendo aliquid exinde ſcriptitarem, pervenit ad manus meas epiſtola ex Aquis regio directa palatio, qualiter tu librum Tractatus mei, quem tibi ante biennium præſtiti, in epiſtolis ad Corinhtios (11) Epiſcoporum judicio, atque optimatum damnandum (12) ad eumdem jam dictum palatium præſentari feceris; quem tractatum ibidem non damnandum, ſed ſcribendum amici mei non ſolum humiliter, ſed etiam amabiliter ſuſceperunt. Ignoſcat tibi Dominus teſtis vitæ meæ, & largitor operis mei, qui non timuiſti ſermonibus detrahere veritatis, & ſedens adverſum me loquens mendacium, & adverſum filium matris Eccleſiæ poſuiſti ſcandalum, mortemque, quam Oza pro illicita præſumptione pertulit in corpore, ſi ita vivens geſtas in mente &c. (13)

ADNO-

Digitized by Google

(1) Post XXX. Theodemiri quæstiones (unde & Codex inscriptus est *liber* XXX. *quæstionum*) conlocata est hæc Claudii epistola , quæ veluti procœmium est Commentariorum in libros Regum.

(2) *Nec desunt* , inquit Labbeus *in diss. hist.* de Claudio , *qui cum Trithemio . . . . . memorent scripsisse eumdem in Genesim , Exodum , Numeros , Deuteronomium*) Leviticum paullo antea memoraverat) . Vere id dictum ab his quis deinceps negaverit , Claudio ipso adfirmante se *expositionem* Pentatheuci edidisse .

(3) Vide adnot. IX.

(4) *Et vestram præfationem , & meam petitionem* (ajebat supra Theodemirus) *quasi præfatiunculas in capite explanationum de præfatis quæstionibus adnotate* .

(5) Sensus heic nullus est , uti in pluribus aliis locis ab Amanuense corruptis . Legendum putarem : *Si verum nomen*.

(6) Jac. I. 19.

(7) Ut sensus sit , scribendum videbatur : *diximus* .

(8) Oudinus nondum Apostata in *suppl. Bellarmini* . *Nos etiam vidimus commentarium Claudii* in librum Ruth *MS. in Bibliotheca Bonaespei in Hannonia , dum illic* MSS. *Codices excuteremus*. Hunc librum omisit Caveus . Scriptus est anno DCCCXXIII. Additus est enim huic Commentario , quem ad not. XI. dicemus eo anno compositum .

(9) Initium hujus libri heic dedimus , veluti specimen Commentariorum Claudii in libros Regum . Viderit ergo Oudinus , qua fronte post nefandam Apostasim suam ausus fuerit *in Commentario suo de Scriptoribus Ecclesiasticis* Gregorio Magno Commentarios in libros Regum eripere , ut auctori Claudio tribueret . Enim vero nihil magis discors , ac dissimile quam utrique hi Commentarii . Nolim tamen quæstionem illam ingredi fortasse quibusdam invidiosam , num revera Gregorius Magnus eos , qui sub suo nomine circumferuntur , Commentarios perscripserit . Mihi id unum satis est , Oudinum Claudio illos perperam adjudicare , quod tamen incredibili ostentatione facit , nec ferenda in Benedictinos S. Gregorii editores doctissimos declamatione .

(10) Duos ergo in Regum libros Tractatus edidit Claudius , allegoricum nempe Commentarium , cujus initium superius descripsimus , & literalem Tractationem , quæ heinc sumit exordium, quod ad eas quæstiones adtinet , quas illi proposuerat Theodemirus .

(11) Heinc multa colligenda sunt , unde historiæ Ecclesiasticæ IX. seculi adcessio fiat . Sed illud statuendum primum est , anno DCCCXXIII. hæc scripta fuisse a Claudio . Nam literis Theodemiri respondet , in quibus Abbas ille Exodum relegisse se ait ; Exodum autem interpretatus fuerat Claudius anno DCCCXXI. Hic etiam videtur ultimus fuisse librorum Claudii , quos ad ea tempora inspexerat Theodemirus . Cur enim exodi meminisset , non alterius posterioris voluminis ? Id sane instituti sui ratio postulabat maxime . Præterea (quod gravissimum est) in epistola libri nuncupatoria vidimus , Claudium quo tempore hanc in Regum libros commentationem Theodemiro inscribebat , eodem expositionem in Pentatheucum ad finem perduxisse eidem mittendam . Porro uti certum est , Commentarios in Genesim fuisse a Claudio anno DCCCXV. absolutos, anno vero DCCCXXI. Commentarios in Exodum ; ita exploratum criticis est, ad annum DCCCXXIII. Levitici explanationem pertinere . Quamobrem potuit Claudius ipso illo anno DCCCXXIII. in ceteros Pentatheuci libros explicationem perfeciſſe , ante illum annum non potuit . Quæ heinc legitima consecutione ducantur, nunc persequor . Scribit heic Claudius . *Et dum quæstiones tuas in manibus meis tenerem , finitis jam superioribus libris , ut respondendo aliquid exinde scriptitarem, pervenit ad manus meas epistola ex aquis regio directa palatio , qualiter tu librum tractatus mei , quem tibi ante biennium præstiti , in epistolis ad Corinthios ec.* Anno igitur DCCCXXI. Tractatum illum in epistolas ad Corinthios Claudius emiserat, & exinde prima in Claudium Theodemiri adcusatio profecta est , non a Levitici interpretatione , ut putavit Mabillonius . Age jam , annum expiscemur,quo primum controversia isthæc oborta est . Credibile haud est, Theodemirum dum a nobis descriptam dedit ad Claudium epistolam , male erga illum animo adfectum fuisse , deque deferendo ejus in Paulli epistolas commentario jam tum cogitasse . Amici sane proditor fuisset Theodemirus, qui Claudio omnibus amoris significationibus scriberet, interea vero ab ejus doctrina alienus ipsius damnationem moliretur . Scripsit autem circa annum DCCCXXII. Nam ait : *librum Exodi , quem misisti* RELEGI , quod vix factum fuerit, nisi sub initia anni DCCCXXII. quum liber missus fuerit anno CCCXXI. Vidimus porro , Claudium anno DCCCXXIII. in eam sententiam respondisse Theodemiro . Itaque vel sub finem anni DCCCXXII. , vel sub sequentis principium cogitaverim, Theodemirum relegisse etiam Commentarios in Paulli epistolas , quumque in iis deprehendisset hæretica de imaginibus destruendis axiomata antea a se, uti fit , non animadversa, zelo catholicæ fidei permotum Palatium Aquisgranense adiisse , ut librum adcusaret . Hæc ergo fuerunt Claudium inter , ac Theodemirum irarum semina , quæ postea grandiorem controversiam peperere . Adcepit enim (ut ipse satis verosimiliter conjicio) Theodemirus hasce amici aberrantis querelas , librosque ceteros in Pentatheucum , inque istos diligentius inquisivit : in fine autem Commentariorum in Leviticum quum hæc legisset : *hanc adstruendo , & defendendo veritatem* (de Sanctis non adorandis) *opprobrium factus sum vicinis meis, & timor notis meis , in tantum ut qui videbat nos , non solum deridebat , sed etiam digito unus alteri ostendebat* ; (quibus Theodemirum ipsum satis Claudius aperte perstringit , motusque in Galliis ob suam doctrinam jam tum excitatos norat),

Digitized by Google

epiſtolam Paſchale Papa nondum terris erepto, adeoque anta diem XXIV. menſis Junii anni DCCCXXIV. , quo jam denatus fuerat Pontifex , ad Claudium dedit, ut ſeſe a læſæ amicitiæ criminatione defenderet , amicumque ab errore dimoveret . Nam cum Theodemirus in ſua epiſtola ſcripſiſſet , Domnum Apoſtolicum Claudio indignatum fuiſſe , ait Claudius in apologetico , quem edidit veluti reſponſionem Theodemirianæ epiſtolæ : *hoc dixiſti de Paſchali Eccleſiæ Romanæ Epiſcopo , qui præſente jam corruit vita* . In vivis igitur Paſchalis erat , ſcribente Theodemiro : contra vero Claudio reſpondente vita functus , ut Claudius non reſponderit , niſi poſt Junium ejuſdem anni DCCCXXIV. Hæc veroſimillima ſunt hujus controverſiæ initia , quæ nobis hæc hactenus inedita Claudii præfatio explicat . Fatendum tamen eſt , aliqua heic a nobis adtacta Mabillonium in Annalibus Benedictinis propoſuiſſe conjectando . Nobis autem licuit emendare aliquas viri doctiſſimi conjecturas, aliquas confirmare . Heinc autem corrigendus maxime Pagius, qui in critica ad ann. DCCCXXV. n. IV. poſt Conventum Pariſienſem Kalendis Novembris illius anni celebratum , Claudium narrat ſui erroris indicia edidiſſe , atque a Theodemiro conreptum fuiſſe . Neque illud ommittendum , quod ex hoc Claudii loco cum ſuperiore Theodemiri epiſtola conlato diſcimus , Leidtradum olim Lugdunenſem Epiſcopum , de cujus anno emortuali nihil conſtare ajunt Maurini Galliæ Chriſtianæ reſtitutores , ſub finem anni DCCCXXI. aut ſequentis initium, adhuc fuiſſe ſuperſtitem.

(12) Conventum Epiſcoporum Aquiſgrani habitum anno DCCCXXII. heinc conjicio Conciliorum conlectoribus hactenus incompertum .

(13) Moneo Codicem mutilum eſſe, atque in reſponſione ad eam interrogationem : *Quis ſit Sacerdos primus , aut quis ſecundus ?* finem habere .

III.

Nonaginta Peregrini Epiſcopi Canones ex Paulli epiſtolis ſumti contra Hæreticos ſui temporis

Ex Piſtorienſi Capituli Codice deſcripto p. 2. cap. 1. n. 2.

OBSERVATIO.

Primo loco annunciatur Sanctus Rufinus his verbis, In Italia Civitate Pistorii Natalis Sancti Rufini Episcopi & Confessoris, cujus venerabile corpus gratia Dei concedente una cum corpore beati Ceſſidii translatum illo in Ecclesia maiori mira hodie veneratione quiescit, ac ipsius festivitas solempnis celebratur.

vii. *Martii.*

Margini inſcriptum a recentiore manu. Primo loco, natale Beati Thome de Aquino Confessoris ordinis Predicatorum, cuius festum debet celebrari per capitulum Ecclesiæ Pistorienſis in Capella relicta per Dominum Ubertinum olim Episcopum Pistorienſem in dicta Ecclesia, & vigore legati dicti Domini Ubertini Capellani dictæ Capelle debent solvere libras sex Sacriste dicti Capituli.

ix. *Martii.*

Margini adscriptum apud Sebastem Armenie minoris, passio Sanctorum quadraginta Martyrum. Item apud Niseam &c.

xi. *Martii.*

Verbis illis apud Sebasten Armeniæ minoris *margini adſcribitur hæc nota*: debet poni superius ut ibi notatum est.

xxi. *Martii.*

In ſancti Benedicti Elogio ad ea verba: scribit Papa *Gregorius* in margine *hæc notantur*, qui floruit circa annos Domini nostri Jesu Christi Dxviii. tempore Justini senioris, & sepultus est in Oratorio Johannis Baptistæ sub cuius regula infinita monasteria constructa sunt.

xxv. *Martii.*

Post illa verba Annunciatio Dominica, isthæc *in margine reperi* in hac die varietate, temporum, multa Deus operatus est, ut continentur in his versibus

Salve festa dies, que vulnera nostra coherces:
Angelus est missus: est passus in cruce christus:
Est Adam factus, & eodem tempore lapsus:
Ob meritum decime cadit Abel frater ab ense:
Offert Melchisedec: Ysaac supponitur aris:
Est decollatus Christi Baptista Beatus.
Est Petrus erectus: Jacobus sub Herode peremptus:
Corpora Sanctorum cum Christo multa resurgunt:
Latro dulce tamen per Christum suscipit Amen.

Eodem die in Galliarum Provinciis, tempore Theodorici, & Theodoberti monarchiam Francorum tenentium, nobilis vir Barontus Monachus in Monasterio Longoreti Beati Petri, post visionem terribilem Demonum, & Angelorum eum defendentium, impetrata licentia a fratribus Romam profectus; & cum ibidem beati Petri sepulchrum & aliorum sanctorum corpora viderit, per Tusciam rediens, ad civitatis Pistorii territorium pervenit, Lamporechium nominatum, ubi quedam est planities montibus circumsepta; & cum ibidem prius Oratorium construeret, tandem Abbatiam

cum

Digitized by Google

cum quibuſdam Monacis ædificavit, vitam monachalem per multos annos ibi gerens atque Senio confectus animam Chriſto reddidit. Et cum fuerit mirabilis ſanctitatis in ſua vita, etiam poſt mortem mirabilior multis miraculis apparuit uſque in hodiernum diem anno Domini MCCCCXLIII. Nam dicta die populus Piſtorienſis & omnes Finitimi ad Abbatiam ſancti Baronti devotiſſime confluunt.

XII. *Aprilis.*

Sancti Julii elogio hæc in margine adſcripta ſunt : huius tempore celebrata fuit Synodus prima apud Niceam Epiſcoporum numero CCCXVIII. & damnata fuit hereſis Arriana que dicebat filium eſſe minorem Patre A. D. CCCLVIII. Imperante Conſtantino.

XVII. *Aprilis.*

Ad poſtrema verba Iſidori Monachorum *hæc in margine adcedunt.* Eodem die Rome in Cymiterio Calixti via Appia Sancti Aniceti Pape & martyris ſub Antoninio, & Lucio martyrio coronati. hic conſtituit, ut Clerici coronas portarent, & compoſuit hymnum *Te Deum laudamus.*

XIX. *Aprilis.*

Sub finem in margine hæc habes : eodem die ſancti Crefcentii ſubdiaconi & confeſſoris diſcipuli ſancti Zenobii Epiſcopi Florentini anno Domini CCCCXXIII.

XX. *Aprilis.*

In margine hæc lego: primo loco depoſitio ſancti Zenonis : fit feſtum ſolempne

II. *Maii.*

Ex margine huc refero ſequentia primo loco feſtum Corone Domini noſtri Jeſu Chriſti ordinatum, & relictum per Dominum Andream Epiſcopum Piſtorienſem, pro quo celebrando reliquit Sacreſtiæ Eccleſiæ Piſtorienſis duas cultras terræ poſitas prope Piſtorium, loco dicto *al Poggio*, quarum fructus, debent dividi inter hoc feſtum, & aliud feſtum die XIII. menſis Septembris.

XIX. *Maii.*

Hæc margini adſcripſit recentior manus. Ipſo die, depoſitio ſancti Petri confeſſoris de Murrone, qui fuit Papa dictus Celeſtinus, & renuntiavit Papatum, & aſſumptus fuit in Papam anno Domini M.CCLXXXXIV. & obiit in Domino anno Domini M.CCLXXXXVI. tempore ſuæ ætatis anno XCI. & fuit fundator ordinis fratrum celeſtinorum, & Clemens Papa quintus canonizavit eum anno Domini M.CCCXVI.

XXIII. *Maii.*

Conditi Adduntur hæc in margine. Item ſciendum eſt quod monaſterium ſub vocabulo Sancti Deſiderii prefati Piſtorienſe fuit unitum ſacreſtie maioris Eccleſiæ Piſtorienſis pro quotidianis diſtributionibus clericorum dicte Eccleſie inter eſſentium divinis officiis nocturnis pariter, & divinis; & patet in bulla Domini Eugenii Pape IV. ſub dat. Florentia anno Incarnationis Dominice M.CCCCXL. v. Kal. Novembris ſui Pontificatus anno XII: ordinante, petente, & exequente predicto Domino Donato de Medicis tunc Epiſcopo Piſtorienſi.

XXV. *Maii.*

Item natalis ſancti Zenobii Epiſcopi & Confeſſoris Florentini anno Domini CCCCXXIV. eodem die ſancta Maria mater Jacobi, *ex margine hæc deſcripſimus.*

XXXI. *Maii.*

Beatæ Petronillæ elogio *hæc adtexuntur in margine*. Eodem die apud Aquileiam, ſanctorum Martyrum Cantii, & Cantiani, & Cantianellæ fratrum.

Kal. Junii.

Ex margine : primo loco Bononie, Paſſio ſancti Proculi Epiſcopi & Martyris (*huic voci inſcriptum vel confeſſoris*) Iteranenſis in ducatus Poletano, qui vita & miraculis multos convertit ad Dominum : Et eſt altare ipſius in Eccleſia, in quo ſunt Reliquie ipſius.

II. *Julii.*

Ex margine. Feſtum viſitationis Virginis Mariæ, quando viſitavit Heliſabeth, ſtatutum a Papa Urbano ſexto, qui fuit electus anno Domini MCCCLXXVII., & ſtetit in papatu annos x. vel circa. Quod feſtum Bonifatius Papa IX. ſucceſſor eius confirmavit. Item eodem die.

Digitized by Google

VI. *Julii*.

In fine hæc margini inſcripta a recentiore manu. Item in Tuſcia apud Feſulas ſancti Romuli eiuſdem civitatis primi Epiſcopi & Martyris & ſociorum eius, Cariſſimi, Marchitiani, Creſcentii, & Dulciſſimi, qui fuerunt diſcipuli Beati Petri Apoſtoli, & ab eo miſſi ad predicandum ad eamdem civitatem verbum Dei.

XII. *Julii*.

In fine ex margine hæc leges. eodem die in Tuſcia, in Territorio Florentino apud Monaſterium de Paſignano ſancti Michaelis Feſulane Dioceſis, tranſitus ſancti Johannis Gualberti Abbatis, & hedificatoris ordinis Vallis Umbroxe, in anno Domini M.LXXXIII.

XVII. *Julii*.

Ex margine. primo loco: Rome natalis ſancti Alexii confeſſoris.

V. *Auguſti*.

Ex margine. primo loco feſtum Nivis Rome apud ſanctam Mariam maiorem, quando dicta die nix venit, & fuit ſignum Eccleſie tempore Liberii Pape, anno Domini CCCLIX: vel circa. Item eodem die Bononiæ, depoſitio ſancti Dominici confeſſoris Fundatoris ordinum Fratrum Prædicatorum anno Domini M.CCXXI. Item apud Provinciam &c.

XII. *Auguſti*.

In fine. Item ſancte Clare.

XXV. *Auguſti*.

In fine ex margine. Item depoſitio ſancti Lodovici Regis Francorum confeſſoris, qui obiit anno Chriſti M.CC.

XXVIII. *Auguſti*.

Ex margine. primo loco. Beati Auguſtini doctoris, Epiſcopi, & confeſſoris & Rome.

XIII. *Sept*.

Ex margine. primo loco. Feſtum Corone Domini noſtri Jeſu Chriſti ordinatum, & reliqua ut VI. nonas Maij.

XX. *Sept*.

Privati. inſcriptum huic voci: & ſanctorum Martyrum Euſtachii & ſociorum eius, de quorum feſto debet fieri ipſo die, &.

IV. *Oct*.

Ex margine. primo loco in civitate Aſſiſio depoſitio ſancti Franciſci confeſſoris, & fundatoris ordinis Minorum, anno Domini noſtri Chriſti M.CCXXVI.

II. *Nov*.

Ex margine. primo loco commemoratio omnium fidelium defunctorum. Item.

VI. *Nov*.

Auctidii. Inſcripta huic voci hæc ſunt. Et ſancti Leonardi confeſſoris, de quo fit feſtum duplex quia eſt capellania in Eccleſia.

IX. *Nov*.

Primo loco. Rome dedicatio Baſilice ſancti Salvatoris per ſanctum Silveſtrum Papam, tempore Conſtantini Imperatoris Anno Domini CCCXXII. vel circa.

XVII. *Nov*.

Ex margine. Primo loco apud civitatem Florentiam, natalis ſancti Eugenii Diaconi, & Confeſſoris, Diſcipuli ſancti Zenobii eiuſdem civitatis Epiſcopi & confeſſoris, anno Domini CCCCXXIII.

XVIII. *Nov*.

Ex margine. Primo loco, Rome dedicatio Baſilice Apoſtolorum Petri, & Pauli. Item in civitate Lucana, depoſitio ſancti Fridiani eiuſdem Eccleſie Epiſcopi & confeſſoris.

VIII. *Decem*.

Ex margine. Primo loco, Conceptio Beate Virginis Marie, & apud civitatem Verone depoſitio ſancti Zenonis ipſius Eccleſie Epiſcopi & Confeſſoris, atque huius Eccleſie Piſtorienſis Patroni & principale feſtum.

Digitized by Google

Digitized by Google

BIBLIOTHECÆ PISTORIENSIS

LIBER II.

FRANCISCO. PERTVSATO
NOBILISSIMO. MEDIOLANENSI. CIVI.
INCLYTAE. OLIVETANAE. CONGREGA
TIONIS. ALVMNO. OLIM. CLARISSIMO.
NUNC. TICINENSI. EPISCOPO.
ARCHIEPISCOPO. AMASIENSI.
MVLTIPLICI. DOCTRINA. PRVDENTIA. MO
RVM. INTEGRITATE. LONGE. SPECTATISS.
BIBLIOTHECAE. PISTORIENSIS
PARTEM. ALTERAM
FRANCISCVS. ANTONIVS. ZACHARIAS. S. I.
DE. SE. OPTVME. MERITO
D. D.
KAL. IANVARIS. A. O. R. CIↃIↃCCLI.

PRÆFA-

Digitized by Google

PRÆFATIO.

MULTIS de cauſſis apud Urbes, Societateſque cultiores ea obtinuit conſuetudo, ut quos ſingulæ litteris, atque divulgatis libris clariſſimos Viros habuerint, eos diligenti commentario recenſere ſtudeant, & ceteris gentibus univerſis uno veluti obtutu contemplandos exhibere. Ea mihi tamen graviſſima viſa eſt ſemper, quæ non tam ad eorum commendationem facit, qui eruditionis ſuæ monumenta ediderunt, quam illorum, qui iſthæc cum laude commemorari vident, utilitatem; honeſta quædam ſtudiorum, doctrinæque æmulatio, quam tum omni neceſſe eſt, quum quis majores ſuos, cives, ſocios, & animum ad optimas artes adjeciſſe, & inde nominis immortalitatem conſequutos intelligit. Huc certe ſpectaſſe crediderim Joſephum Dondorium e Cappuccinorum familia Scriptorem, quum in libro, quem *della pietà di Piſtoja* prænotavit, brevem Piſtorienſium ſuorum, qui eruditionis fama ad ſua tempora floruerant, catalogum emiſit in lucem. Sed revera elenchus iſte & imperfectus omnino eſt, nec erroribus caret. Idem argumentum tractare inſtituerat Oldoinus noſter, libroque titulum fecerat *Athenæi Piſtorienſis*. Mors enimvero doctiſſimi Viri conſiliis interceſſit; nihilque apud nos ſupereſt præter magni operis rudimentum quoddam, atque adumbratio. Verum ne Piſtorienſibus, quorum ad omnes liberales diſciplinas parata eſſe ingenia experientia didici, ſingulare hoc doctrinæ adjumentum diutius deſit, homo ego exterus quidem, & alienigena, ſed apud eos triennio non ſine voluptate verſatus,

Digitized by Google

ſatus, ipſorum Scriptores libello hoc comprehendere adgredior, atque exornare. Erit profecto, quum Piſtorienſis aliquis patriæ ſuæ urbis gloria ductus Catalogum hunc meum augere, caſtigare, ornare ſuſcipiet. Neque enim is ego ſum, qui abſolutiſſimam Piſtorienſium Scriptorum Bibliothecam contexi a me potuiſſe exiſtimem. Immo vero ultro fateor, vel diligentiſſimis quibuſque, ſive tædio quodam, quod in iſtiuſmodi Libris conficiendis facile obrepit, ſive notitiarum inopia multa effugere minime prætermittenda, multa excidere omnino delenda. Quamobrem commentariolum hoc noſtrum non tam Bibliothecam Piſtorienſem, quam ejus ſpecimen modeſtiore titulo inſcribere viſum eſt. Nihilo tamen minus Piſtorienſes, & ceteri litterariæ hiſtoriæ ſtudioſi Viri conſilium noſtrum æqui bonique facient. Nam quum Dondorius LIX. Scriptores enumeret, Oldoinus in MSS. ſuis ſchedis XLVII. (ex his non pauci a Dondorio prætermiſſi), nos omnino CLXVI. reperimus deſcribendos. In his autem eorum, qui etiamnum vivant, neminem nominabo; non quod ob editos libros, aut certe ob inſignem doctrinam digniſſimi, qui hos inter cenſerentur, non ſint Cæſar Franchinius, Franciſcus Merlinius, Angelus Marchettus magni Alexandri filius, Presbyter Bonacchius, Cajetanus Cennius aliique non ita pauci, atque ut ne noſtros homines plane neglexiſſe videar, Dominicus Franchinius Romani Collegii Rector egregius, Dominicus Centius, Johannes Philippus Ptolemæus Johannis Baptiſtæ Cardinalis ampliſſimi Nepos, Viri litterati, ac ſacris profaniſque diſciplinis, quarum Doctores fuerunt, aut etiamnum ſunt, eruditiſſimi, Michael Larius quoque acerrimo ille quidem ingenio, optimaque indole, ſed adverſa nimium valetudine adoleſcens; at quod ſolidior, quæ obitum noſtrum conſequitur, honeſtatque, verior etiam gloria eſſe videatur.

Alphabeticum porro in recenſendis Scriptoribus ordinem ſequar; quem pluribus Bibliotecarum Auctoribus placuiſſe video; non tamen (quod plerique faciunt) prænominum rationem habiturus ſum, ſed nominum; hæc enim quum notiora eſſe ſoleant, quam illa, ſi nominum ordo ſervetur, Lectorum utilitati conſuli magis exiſtimaverim. Illud extremo loco Lectores meos monitos velim, me quæ Oldoinus adnotavit, ipſius verbis redditurum, ne ſua optimus Vir laude fraudetur. Sed de his ſatis.

INDEX

Digitized by Google

INDEX
SECUNDÆ PARTIS.

Pars I. *Bibliothecæ Pistorienſis Liber* II. *ſeu ſpecimen Catalogi Pistorienſium Scriptorum, auctore Franciſco Antonio Zacharia Soc. Jeſu* - Pag. 165.

Pars II. *Appendix ineditorum maximam partem monumentorum* - P. 230.

Caput I. *Nicolai Fortiguerræ Cardinalis vita ab Johanne Baptiſta Fortiguerra ſcripta, ex Pistorienſi MS. exemplo nunc primum edita* P. 231.

Caput II. *Doctoris Juliani Corbellii de geſtis rebus a Cardinale Nicolao Fortiguerra ad Johannem Baptiſtam Fortiguerram epiſtola, ex Pistorienſi autographo, nunc primum edita* - - - P. 243.

Caput III. *Vita Scipionis Carteromachi, ſeu Fortiguerræ ab Juſto Fontaninio deſcripta, ex Diario Litteratorum Italiæ* T. XX. *artic.* XI. §. II. P. 248.

Caput IV. *Ejuſdem vitæ retractatio, & continuatio, ex eodem Diario Litteratorum Italiæ* T. XXVI. *artic.* VIII. - - - P. 253.

Caput V. *Ad Galeotum Ruvereum Tituli S. Petri ad vincula Presbyterum Cardinalem S. R. E. Vicecancellarium Scipionis Carteromachi epiſtola* P. 259.

Caput VI. *Ejuſdem ad eumdem carmen* - - - - - P. 261.

Caput VII. *Ejuſdem elegia nunc primum edita* - - - - *ibid.*

Caput VIII. *Michaelis Fortiguerræ epiſtolæ aliquot nunc primum editæ* - P. 263.

Caput IX. *Ejuſdem carmina hactenus inedita* - - - - P. 274.

Caput X. *Vita Illuſtriſs. ac Reverendiſs. Johannis Petri Fortiguerræ Epiſcopi Bituntini ab Johanne Baptiſta Fortiguerra fratre deſcripta, ac nunc primum edita* - - - - - - P. 276.

Caput XI. *Ad Johannem Petrum Fortiguerram Epiſcopum Bituntinum Johannis Thomæ Gennatii epiſtola* - - - - - P. 279.

Caput XII. *Ejuſdem ad eumdem Epigramma* - - - - P. 280.

Caput XIII. *De Infulis Bituntinis eidem conlatis ejuſdem Gennatii Epigrammata duo Italica* - - - - - - - - *ibid.*

Caput XIV. *In obitu ejuſdem Epiſcopi Italica Carmina Johannis Baptiſtæ fratris, ex autographo Pistorienſi* - - - - - P. 281.

Caput XV. *Ad generoſum juvenem Julianum Medicem Benedicti Coluccii Pistorienſis Lazareus, nunc primum editus* - - - P. 287.

Caput XVI. *Specimen Italicorum Petri Ricciardii carminum, ex tertia parte MSS. ejuſdem carminum* - - - - - P. 298.

Caput XVII. *Elogium Alexandri Marchettii, ex Diario Litteratorum Italiæ* T. XXI. *artic.* VI. - - - - - - P. 320.

Caput XVIII. *Johannis Baptiſtæ Ptolomæi Societatis Jeſu Presbyteri Cardinalis Tit. S. Stephani Rotundi in Monte Cœlio vita a Petro Maria Salomonio ejuſdem Societatis Jeſu deſcripta, ex Diario Litteratorum Italiæ* T. XXXVIII. *parte* I. *artic.* I. *Adcedunt aliqua ex Auctoris autographo nunc primum edita, & doctiſſimi P. Contuccii Contuccii Soc. Jeſu* - - - - - P. 336.

Caput XVIIII. *Oratio habita in funere ejuſdem Cardinalis Ptolomæi, ac Romæ primo, deinde Coloniæ divulgata* - - - - P. 370.

Digitized by Google

A

Abbracciavacca (Bartholomæus, vulgo Meo)



Floruit Abbracciavacca, quem Leo Allatius *in Indice Braccium Vaccam* adpellat, Fr. Guittonis ævo, circa annum MCCL. Scripsit Italica carmina, quorum codicem unum habuit Rhedius, Bargiacchius alterum. Specimen exstat apud Crescimbenium in suis Commentariis.

Vide eumdem Crescimbenium (*Coment. Vol. II. part. II. lib. I. n. XLIV*) & Quadrium in opere inscripto *della Storia, e della ragione d' ogni poesia* (hoc opus Subaudi, quotiescumque Quadrium deinceps citabimus) volum. II. lib. I. dist. I. c. VIII. pag. 163.

Almonta (Nicolaus)

Ineunte XV. seculo vixit. Exstant in Bibliotheca Chisiana ejus Italica carmina. De eo Crescimbenius comment. vol. IV. l. I. cent. V. n. LXXIX.

Amati (Johannes)

Scripsit carmina Italica, quorum exemplum servabat Pistorii Turinius.

Andreini (Franciscus)

Floruit Franciscus Andreini sub finem seculi XVI. Uxorem habuit Elisabetham Andreiniam Patavinam editis libris claram. Divulgavit autem Italice

I. *Le bravure del Capitano Spavento*
II. Fabulas duas, quarum alteri titulus *l' ingannata Proserpina*, alteri *l' alterezza di Narciso*.
III. *Ragionamenti fantastichi*, dialogum

Franciſci meminere cum laude Salvius T. III. hist. Pist. pag. 214. & Dondorius in libro, quem prænotavit *della pietà di Pistoja* pag. 341.

Andreini (Johannes Baptista)

Fuit is ex Elisabetha Franciſci memorati filius. Inter alia Geneſim Italico carmine reddidit. Salvius T. III. hist. Pist. pag. 215.

Digitized by Google

Arferoli (Pandulphus)

Presbyter fuit ; tumulatus ad S. Laurentii , quum obiiſſet IV. Idus Octobres Anno vulgatæ æræ CIↃIↃCXXXVII.

Edidit Italice vitam B. Attonis Piſtorienſis Epiſcopi . Exſtant MSS. Piſtorienſium hiſtoriarum tomi duo . Item liber *dell' armi , ed inſegne delle famiglie di Piſtoja* , liber quoque inſcriptus , *Prioriſta delle diſcendenze delle famiglie dei luoghi , donde deſcendono , nomi , e cognomi d' eſſe* ; alius liber prænotatus , *Operaj , e Graduiti di S. Jacopo* ; item alter , cui titulum fecit *degli alberi delle famiglie* , tandem Panciaticorum , & Cancelleriorum conjuratio , quo ceteri omnes , Italico idiomate deſcripta . Pandulphum laudat Muratorius Vir celeberrimus in Rerum Italicarum collectione , ubi de Sozomeni Piſtorienſi Chrono diſſerit .

B

Baccelli (Hieronymus)

SErvat huius carmina aliquot Italica Piſtorii Franciſcus Merlinius Vir eruditus .

Baldinotti (Bartholomæus)

Præclarus fuit Baldinottus legum interpres in Piſano lycæo ſeculo XV. Piſtorii quoque docuit , quam in urbem metu peſtis migrarunt Piſani Profeſſores a. 1478. , ut apud Salvium reperio , ſeu ſequente , quod placuiſſe video cl. Fabbruccio T. XXXVII. collect. Calogerianæ pag. 25.

Scripſit in digeſtum novum volumina duo , item in Dantis comœdiam & Perſii ſatyras adnotationes , Legatur Vannotius in Miſcellan. & Dondorius pag. 336. , cum primis vero Fabbruccius T. XL. collect. Calogerianæ p. 82. & ſeqq. , ex quo diſcimus in Florentina Strozziana Bibliotheca Cod. CCLX. exſtare Bartholomæi noſtri *Carmen ad Nicolaum de Fabronibus cum nonnullis verſibus de civitate Piſtorii ; aliud carmen ad Blaſium de Peris de recedendo ab amore ; oratiunculam ante doctoratum , & ante & poſt Repetitionem , quam Piſtorii fecit ; aliam ante primam lectionem Piſis ; ſermunculum ante Reverendiſſ. Cardinalem Thuronenſem Piſtorii ; alterum vulgari idiomate ante Magnific. Domin. Piſtor. in Palatio* .

Baldinotti (Brigida)

Vitæ ſanctimonia celebris femina , cujus epiſtolas edidit cl. Ant. Maria Biſcionius . Harum duæ exſtant in Bibliotheca Richardiana Florentina , de quibus Lamius in catalogo eius Bibliothecæ p. 55.

BAL-

Digitized by Google

Baldinotti (Hieronymus)

Fabium Baldinottum patrem habuit Hieronymus, quem Salvius in Indice Tomi III. hiſtoriar. adpellat. *Jureconſultum, Philoſophum, Theologum præſtantiſſimum, literiſque Italicis, Græcis, ac Latinis longe excultiſſimum.* Ab anno MDCVI. ad ann. MDCXXIV. Septies Vexillifer Juſtitiæ populi Piſtorienſis renunciatus fuit: quæ in patriæ urbis regimine præcipua dignitas eſt, eaque ornatiſſima. Tria ingenii eius præclara monumenta ſervavit, ac poſteritati mandavit Bonifacius Vannotius. Hæc ejuſmodi ſunt.

I. Diſcorſo, che l' eloquenza, e gli ornamenti maggiori della lingua vengono giudizioſamente adoperati nello ſtile epiſtolare al Clar. Sig. Paolo Ricaſoli Senator Fiorentino. *Exſtat T. III. epiſtol. Vannotii.*

II. Lettera in riſpoſta a Pier Lorenzo Forteguerri ſopra l' edizione del ſecondo tomo degli avvertimenti Politici del Vannozzi. VI. *Idus octobres a.* CIↃIↃCX. *data eſt ea epiſtola, inque ipſum illud volumen ſecundum inlata a Vannotio.*

III. Diſcorſo ſopra gli avvertimenti del Vannozzi al Sig. Sebaſtiano Forteguerri. *T. III. earumdem admonitionem.*

Plura alia ſcripſit Baldinottus, quorum Vannotius meminit, Italicam Oden in obitu Equitis Johannis Sozzifantis, quam Fulvio Ghirlando, & Octavio Sozzifanti Johannis defuncti patri mœſtiſſimo Vannotius miſit (vide huius epiſtolas T. III. pag. 276. & 277.) alia Italica carmina (adi eumdem Vannotii tomum tertium pag. 406.); comœdiam inſcriptam: *la Damigella comica*, quam præcipui Piſtorienſes Optimates egerunt IV. Idus Februarias a. CIↃIↃCVIII in publico Civitatis palatio (de hac Vannotius T. II. epiſt. pag. 621.) quid? quod Vannotius idem (T. I. pag. 238.) teſtificatur, Baldinottum adgreſſum fuiſſe ad inluſtranda egregio commentario Italica Cini carmina. Vidi ego in Theſauro S. Jacobi libellum Baldinotti noſtri prænotatum: *Relazione della Miracoloſa Immagine di noſtra Signora delle Porrine nella Cattedrale di Piſtoja*, atque ab ipſomet Hieronymo operariis S. Jacobi inſcriptum Junio menſe a. CIↃIↃCXXIX.

Baldinotti (Julianus)

E Societate Jeſu, qui divinæ gloriæ zelo incitatus poſtulavit, & obtinuit expeditionem ad Indos ſub annum CIↃIↃCXXI., & quum ſtrenue in auxilium Infidelium incubuiſſet, poſt annos aliquot obiit in Domino anno ſalutis CIↃIↃCXXXI. in virili adhuc ætate.

Scripſit de ſuo itinere in Regnum Tunquim Sinis, Cociciniſque conterminum Relationem, quæ exſtat MS. in tabulario Romano ejuſdem Societatis. De illo Nathanael Sotuellus in Biblioth. Socier. Oldoinus.

Digitized by Google

Baldinotti (Thomas)

Bartholomæi, de quo diximus nuper, frater, quem ex Violante Cypriani Bracali ſuſcepit VII. Kal. Majas a. 1429. Antonius Baldinottus. Pariſios a patre miſſus ſtudiorum cauſſa ad humaniores præſertim literas adiunxit animum; poſt Patris obitum domeſticis rebus ita poſcentibus in patriam ſe contulit, ubi feminarum, Lauræ Reali cum primis, amore miſerrime captus multa de illis carmina ſcripſit. Deferveſcente deinde inſano eiuſmodi æſtu ſolitudinem adamavit. Quamobrem majore anni parte ruſticabatur. Tandem provecta ætate totum ſe Deo, & Chriſtiani exercitationibus dedit; ſacerdos quoque initiatus animarum curam geſſit magno ipſarum emolumento. Summis viris amicitia junctus fuit, quos inter Magnificus Laurentius Mediceus, Antonius Forteguerri Piſtorienſis Canonicus, & inluſtris ſui ævi poeta, atque Angelus Politianus. Obiit XI. Kal. Decembris a. CIↃIↃI. Vixit annos LXXII. menſes VI. dies XXVII.

Specimen eius carminum, quæ plurima ſcripſit Italica, ac Latina de profanis, deque ſacris etiam argumentis, Fabius Baldinottus Piſis edidit a. CIↃIↃCCII. hoc titulo: *ſaggio delle rime Toſcane di M. Tommaſo Baldinotti da Piſtoja, eſtratto da i Manuſcritti del detto Autore*. 8. pag. 202. conſule Quadrium vol. II. lib. I. diſt. I. cap. VIII. pagg. 220. & diarium Literatorum Italiæ T. XI. *artic.* IV. *pag.* 93. *ad* 99.

Lucanum quoque, Virgilium, Tibullum, Senecæ Tragœdias, alioſque auctores enarravit vir diligentiſſimus.

Banchieri (Vincentius)

Inedita eius carmina Italica exſtant apud Franciſcum Merlinium.

Boccagni (Andreas)

Vide de Franchis *Andream*.

Bottegari (Franciſcus)

Idem Merlinius, quem nuper citabam, Bottegarii carmina Italica ſervat MSS.

Bracali (Camillus)

Exſtant ejus carmina Italica libro VI. voluminis inſcripti, *delle Rime di diverſi eccellenti autori nuovamente raccolte, e mandate in luce con un diſcorſo di Girolamo Ruſcelli*, ac Venetiis editi a. CIↃICLIII. ab Johanne Maria Bonellio. Quadrius vol. II. l. I. diſt. I. c. 8. p. 358. Alia vidi apud Merlinium MSS.

BRA-

Digitized by Google

Bracali (Julia)

Inluſtris femina, Antonii Ricciardij uxor, cuius carmina Italica leguntur in libro Lucæ primum edito a. CIↃIↃLIX. ex typographio Vincentii Buſdragi, deinde Neapolitanis Bulifonis typis iterum excuſo a. CIↃIↃLXXXXV. hoc titulo : *Rime diverſe d' alcune nobiliſſime, e virtuoſiſſime Donne, raccolte per M. Ludovico Domenichi*. Conſule Creſcimbenium vol. IV. ib. II. *cent.* II. n. XXXVIII.

Bracali (Selvaggia)

Aliam heic habemus Piſtorienſem feminam ex Bracciolinia gente in Bracaliam translata. In ea, quam nuper citavi, Ludovici Dominici collectione exſtant ejuſmodi carmina.

Bracciolini (Coſmus)

Cathedralis Eccleſiæ in Patria Canonicus, edidit Tractatum unum de miraculis ſacræ Imaginis Virginis glorioſiſſimæ de Humilitate Piſtorii cultæ. De hoc Moraccius in Bibliotheca Mariana. *Oldoinus*.

His addimus, Canonicum noſtrum Protonotarium quoque Apoſtolicum fuiſſe, eique debere nos B. Bonaventuræ in Pſalterium Commentarios, quos in quodam Germaniæ cœnobio (ad hoc explorandum Delphini ſenioris juſſu adceſſerat) ab ſe inventos in Hetruriam retulit, deſcriptoſque una cum autographo peſſime habito Sixto V. ſummo Pontifici dono dedit. Vide ſis, Dondorium pag 339.

Præter Tractatum illum, cuius meminit Oldoinus noſter, Italico idiomate editum Florentiæ a. CIↃIↃLXXX, duos divulgavit libros. Prioris hic titulus : *Vita del B. Atto Veſcovo di Piſtoja* : poſterior vero inſcribitur : *Inſtruzione a' Sacerdoti* : Florentiæ CIↃIↃCII. Moliebatur, Vannotio teſte T. I. pag. 555., de Piſtorienſium Epiſcoporum originibus diſſertationem.

Bracciolini (Franciſcus)

Hunc celebrat Oldoinus noſter; verum quum plurima prætermittat, eius elogium maluimus retexere. Piſtorii igitur (nam quod Leo Allatius in Apibus Urbanis eum Piſaurenſem fuiſſe ait, typographi vitio vertendum) natus eſt Franciſcus VI. Kal. Decembr. A. CIↃIↃLXVI. ex Juliano Bracciolinio, ac Maria Celleſia. Barberinium Pontificis ad Galliæ Regem legatum in Gallias comitatus eſt, cui a ſecretis erat; Legato tamen id ægre ferente hôcce munus abdicavit. Senex Piſtorium regreditur, ibique annos natus LXXVIII. menſes IX. dies V. moritur pridie Kal. Septembris a. CIↃIↃCXLV. atque in templo Patrum Minorum Con-

ven-

Digitized by Google

ventualium ſolemni funere tumulatur. Torquatus Taſſus, aliique doctrina celebres Viri eum adamarunt; dilexit, ac pluribus privilegiis ornavit Urbanus VIII., in quibus illud haud parvi faciendum, voluiſſe Pontificem, ut Bracciolinæ gentis familia, ad quam Franciſcus pertinebat, *apum* agnomine a ceteris diſtingueretur, treſque apes gentilitio ſtemmati adderet.

Edidit ſoluta oratione I. *la vita di S. Diego* Mediolani CIↃIↃCCVIII. II. *Iſtruzione alla vita civile per li Giovanetti nobili*. Romæ CIↃIↃCXXXVII. CIↃIↃCXXXIX.

Plurima autem vulgavit, plurima reliquit inedita vincta oratione. A lyricis ordior.

I. *L' Enea Squadra comandata dal sig. Cap. e Cav. il sig. Alfonſo Brunozzi nelle nozze del Sereniſs. Gran Princ. di Toſcana* 1608. 4.

II. *Poeſie liriche*. Romæ CIↃIↃCXXXIX.

III. LX. *Sonetti in lode della Lena Fornaja*. MSS. extant Piſtorii apud Franciſcum Merlinium, & in Codice Chartaceo Biblioth. Richardianæ Florentinæ, unde Lamius in *Catalogo* eius *Biblioth.* p. 82. duo ejuſmodi Epigrammata Italica edidit. Idem Lamius T. II. *Memorabilium Italorum* p. XXX VIII. & ſeqq. ex eodem codice Bracciolinii eclogam Italicam Bracciolinii evulgavit de laudibus Richardi Romuli Richardii, cui ille amiciſſimus fuit.

IV. Apud eumdem Merlinium MS. vidi Italicum carmen prænotatum: *I Caifaſſi, ovvero i Ladroni aſſaſſini*.

Quod ad tragœdias adtinet, aliaque drammata, hæc edita ſunt.

I. *L' Evandro*. Florentiæ apud Johannem Donatum, & Bernardinum Junctas CIↃIↃCXII. & CIↃIↃCXIII. 8.

II. *L' Arpalice*. Florentiæ apud eoſdem CIↃIↃCXIII. 8.

III. *La Penteſilea*. Florentiæ apud eoſdem CIↃCXV. Hæ tres Tragœdiæ uno volumine comprehenſæ Peruſii lucem ſecundo adſpexere A. CIↃIↃCXL.

IV. *L' amoroſo ſdegno, favola Paſtorale*. Venetiis excudit Ciottus a. CICIↃCCVII. 12. Mediolani prodiit eodem anno ab auctore recognita, ad quam editionem altera exacta eſt ibidem a. CIↃIↃCI. 12.

V. *Il Monſerrato*. Romæ CIↃIↃCXXIX.

VI. *Hero, e Leandro, favola marittima*. Romæ apud Guilielmum Facciottum CIↃIↃCXXX. 12.

Inter anecdota hæc recenſentur; *l'Olimpia, l'Erminia, l'Angelica, l'Herilia, il S. Giuliano, l'ozio ſepolto, l'Oreſte, il Tito, la Tisbe, e la Filli*.

Epica hæc ſunt.

I. *La croce riacquiſtata*. Venetiis CIↃIↃCXI. 4. & CIↃIↃCXIV. 8.

II. *Lo ſcherno degli Dei*. Florentiæ CIↃIↃCXVIII. Romæ deinde cum adceſſionibus a. CIↃIↃCXXVI. Num hoc poemate Bracciolinius poeſim Heroico-comicam primus invexerit, diſputatur, aliis pro Bracciolinio ſtantibus, ſtantibus aliis pro Taſſonio Conſule Creſcimbenium *comment.* vol. I. l. VI. c. III.

III. *L' Elezione d' Urbano* VIII. Romæ CIↃIↃCXXVIII. 4. Vide *Roſpiglioſi* Julium.

IV.

Digitized by Google

IV. *La Roccella espugnata*. Romæ CIↃIↃCXXX. Opus imperfectum, quæ desunt, perfecit deinde, sed inedita delitescunt.

V. *La Bulgheria convertita*. Romæ CIↃIↃCXXXVII. 8.

VI. *La lettera di Maria Vergine a' Messinesi*. A morte prohibitus fuit Bracciolinius opus absolvere, sed Benedictus Salvagus Genua oriundus, Messanæ autem natus illud nonnihil emendavit, auxitque. Tandem Franciſca Dini & Salvago curante editum est Messanæ a. CIↃIↃCCXXVI.

Alia, eaque longe plura reliquit imperfecta, aut certe inedita; sunt autem ejusmodi. I. *Il Trebelo*, canti XX. II. *la Giuditta*, canti X. III. *L'Endimione*, canti IV. IV. *la Saffo*, canti IV. V. *la conversione della Maddalena*, canti V. VI. *la guerra de' Giganti*, canti II. Præterea I. *Santa Eulalia Avvocata de' Pistojesi*. II. *Psiche*. III. *la ricuperazione d' Amiens*. IV. *L'Imprese d' Italia del Re di Francia, ovvero i Gigli d'oro*. V. *L'Alderano origine di Casa Ceva*. VI. *la liberazione di Pistoja*, canti II.

Oldoinus aliud carmen memorat prænotatum: *la partenza d'Enea da Didone*, quod cuiusmodi sit, ignoro.

Maxima cum laude Bracciolinii nostri meminere Julius Mazzarinius Societatis Jesu *in explicatione Psalmi Miserere*, Scipio Erricus *in Nuptiis Musarum*, Georgius Conacus, *de duplici statu Religionis apud Scotos*, Leo Allatius *in Apibus Urbanis*, Marraccius *in Bibliotheca Mariana*. Quibus ab Oldoino citatis adcedunt Janus Nicius Erythræus *Pinacoth.* III. *Imag.* XLV. Academicus Aldeanus, seu Nicolaus Villanius *Poes. gioc.* p. 7. Paganinus Gaudentius in Epigramm. n. XIX., Laurentius Crassus in Elogiis n. II. p. 786., Menagius in *Miscell.* edit. Roterodam. p. 27., Jacobus Gaddius in *Elogiis*, Dondorius pag. 341. & seqq. Petrus Jacobus Martellius *Teatr.* p. 13. Cinellius T. I. *novis. edit.* p. 209. Crescimbenius *Stor. della Volg. Poes.* l. 2. pag. 158. & alibi, Fontaninius *Eloquenza Italiana* pag. 389. 452. 483. Haymius in *Biblioth. Ital. Ven. edit.* 1741. *pag.* 93. 97. 125. 135., Lamius in nuper citato libro p. CCLXVII. Joh. Baptista Lauri in libro inscripto *Orchestra del Teatro Romano* p. 15., & Quadrius *Vol. III. lib.* I. *dist.* I. *c.* IV. *p.* 79. *&* *p.* 411. *&* 420. *&* *Vol.* IV. *lib.* II. *p.* 681. *&* *pag.* 725.

Bracciolini (Julianus)

Argumenta addidit Poemati Franciſci Bracciolinii de electione Urbani VIII. in libros XXIII. *distincto. De illo Leo Allatius in Apibus Urbanis, dum agit de Franciſco Bracciolinio.* Oldoinus.

Bramanti (Antonius Dominicus)

Pistorienſis Sacerdos in Archiepiscopali Seminario Ravennæ literarum humaniorum Magister, de quo Cinellius T. I. *Novis. edit.* p. 210. edidit.

BRU-

Digitized by Google

I. *Laudum præconia, quæ Illuſtriſs. & Reverendiſs. Præſuli Mapheo Nicolao Farſetto Patritio Veneto Eccleſiæ Ravennatis Archiepiſcopo &c. in primo ipſius adventu exhibent Alumni Archiepiſcopalis Seminarii Ravennæ.* Patavii 1728. Excudebat Joſephus Cominus.

II. *Epithalamium in Nuptias Nobiliſſimorum Marchionum Hippoliti Bentivoli, & Mariæ Annæ Gonzagæ.* 4.

Bruni (Dominicus)

Dondorius pag. 340. hunc adpellat Jureconſultum egregium. Quamobrem fortaſſe is idem eſt Dominicus Brunus Jureconſultus præſtantiſſimus, quem Salvius T. III. p. 142. ſcribit, Benedicti Converſinii Piſtorienſis Epiſcopi Generalem Vicarium fuiſſe, anno autem CIↃIↃXXXV. Ceſenæ Prætorem a Paullo III. renunciatum. Ut ut res eſt, Dominici Brunii libellus exſtat editus hoc titulo, *delle diſeſe delle Donne libri quattro: in Firenze appreſſo i Giunti* 1552. 12. Fama eſt ad Brunium hunc pertinere librum alium, qui circumfertur, *de nobilitate & pulchritudine mulierum*, quem quum Dominicus cum altero communicaſſet, hic inſigni plagio ſuo nomine vulgarit. Adi Dempſterum de *Etruria Regali* T. II. lib. v. cap. XIII.

Brunozzi (Cornelia)

En aliam Piſtorienſem feminam verſuum, quos compoſuit, venuſtate celebrem. In ea, quam ubi de Julia Bracali ſermo a nobis eſt inſtitutus, memorabamus, collectione Poetriarum hetruſcarum habemus, Corneliæ hujus carmina. Laudantur iſta a Creſcimbenio *Comment.* T. IV. l. II. *cent.* II. n. LIV. & a Quadrio Vol. II. pag. 362.

Brunozzi (Jacobus)

Piſtorienſis Canonicus. Bononiæ Joſephus Longus typographus eius libellum ſoluta oratione conſcriptum edidit a. CIↃIↃCLXXIII. hoc titulo: *Duello d'amore, e di fortuna.* Vide Quadrium vol. III. lib. III. diſt. II. c. III. p. 355.

Brunozzi (Potens *vulgo* Poſſente)

Petri Angeli Brunozzii filius pluribus in patria urbe functus muneribus Vexilliferi cum primis a. CIↃIↃLVIII. & CIↃIↃLX. (vide Salvium T. III. pag. 176. 180. 194. 195.) Coſmo I. Mediceo poema inſcripſit a. CIↃIↃXLII. prænotatum: *lo ſpirito di Rodomonte.*

Buonaccorsi (Bonaccurſius)

Servat hujus opuſcula manu exarata Franciſcus Merlinius alias laudatus. Num autem is ſit, quem ex ordine Eremitarum S. Auguſtini

ad

Digitized by Google

ad Pisanæ Ecclesiæ Archiepiscopatum evectum fuisse, adversantibus illius Ecclesiæ tabulis scribunt Gianius *T. II. Annal. Sacri Ordinis Servorum* T. II. *Lucens. edit.* a. 1721. p. 377. & Dondorius p. 267. *Beatique* nomine insigniunt Pistorienses, ignoro. Qui opuscula illa legerit, aliquid hanc in rem fortasse ex iis ducet, quod mihi expiscari non licuit.

Buonaccorsi (Bonaventura)

Fuit is ex Sanctissimo Ordine Servorum B. Mariæ, floruitque a. CIↃCCLXXXV. morum pietate inlustris, qua de caussa *Beatus* a Gianio vocatur. Scripsit *de gratia Dei* eruditum opus, quod eodem Gianio teste, *legebatur in Bibliotheca Senensi Servitarum*. De eo Dondorius p. 337.

Buonaccorsi (Johannes)

Legum, sacrorumque canonum scientissimus interpres in Florentina Academia A. CIↃIↃ. plura de utroque jure commentatus est, quæ lucem numquam viderunt.

De' Bugno (Bartholomæus, vulgo, Meo)

Ineunte seculo XV. floruit. Meminerunt ejus Allaccius in Indice, & Crescimbenius vol. IV. *comm.* l. I. cent. V. n. LXXXIX.

Buti (Nicolaus Felix)

Græcis, latinisque literis eruditissimus, mihique, dum viveret, amicissimus Butus natus est XXI. Februarii die, a. CIↃIↃCLXVIII., ac postquam in patria urbe magna sui nominis commendatione Rhetoricam artem annis pluribus professus fuisset, tandem decessit V. Kal. Sextiles a. CIↃIↃCCXLVIII. Vir fuit exigua statura. Hinc pictæ ejus imagini hocce tetrastichon olim adscripsit Sebastianus Benedictus Bartolozzius illius auditor:

Exigua quisquis Buteum sub imagine cernis,
Ne sperne effigiem, ne capiare, cave:
Quem mole exiguum peccans Natura creavit,
Immensum Pallas reddidit ingenio.

Edidit Butus *Apollonii Pergæi Conicorum libros* IV. *Sereniss. Principi Joanni Gastoni ab Etruria, dicatos una cum lemmatibus Pappi Alexandrini, & commentariis Eutocii Ascalonitæ, quæ olim primus vulgavit omnia Federicus Commandinus Urbinas e Græco a se conversa, expurgata mendis, & commentariis illustrata; nuperrime autem in lucem prodeunt, ab aliis etiam erratis longe plurimis, quæ, ut plurimum edita sunt, identidem irrepserunt, vindicata. Item Sereni Philosophi Antinensis libros duos vindicatos a mendis.* Pistorii a. CIↃIↃCXCVI.

Digitized by Google

f. citat hanc editionem longe adcuratiſſimam Fabricius T. II. *Biblioth. Græcæ pag.* 559. & Muſeum Minervæ a. 1697. pag. 40.

Plura alia ſcripſit vincta ſolutaque oratione. Quæ duæ illius epiſtolæ ad manus meas devenerunt, eas non tam ſpeciminis ergo heic adtexo, quam quod ex illis, atque ex reſponſoriis ad ipſas literis colligi non nulla poſſunt memoriæ Nicolai noſtri perhonorifica. Alteram dedit Butus ad Benedictum XIV. P. O. M., ad Joſephum Blanchinium alteram, qui in præclaro opere inſcripto *Dei Granduchi di Toſcana Ragionamenti Iſtorici* pag. 163. de Johanne Gaſtone loquens, ſtudiumque, quo Princeps iſte in Mathematicas diſciplinas incubuerat, exornans aliqua ex dedicatoria Apollonii Pergæi præfatione citaverat, auctoremque huius Butum non ſine prævia honoris declaratione nominarat.

I.

BENEDICTO XIV. P. O. M.

NICOLAUS FELIX BUTI

Omnigenam felicitatem.

SÆpe mihi dubiam traxit ſententia mentem, B. P. daremne latinas ad Te litteras, qui Culminis Apoſtolici aſcendiſti ſpeculam, quique rei Chriſtianorum publicæ clavam tenes, ac rector diligens moderaris; ego, inquam, eiuſmodi ad Te darem litteras, homo nullo numero, præſentia corporis infirma, & ſermone contemtibili, quod de Paulo Corinthij; τρίτηχος demum, quod de eodem Paulo Chryſoſtomus. Hortabantur, ut darem, amici degentes Romæ humanitati, quam abunde norant, fidentes Tuæ, mearum me perſpecta ſatis infirmitas virium dehortabatur; grati virtus animi dignationi debita ſingulari, qua me, filiumque meum complexus es, flagitare id maxime videbatur; temere agentis, neque omnia circumſpectantis nota ſubeunda facile, admoventem operi manum remorabatur, alacremque deterrebat vehementer. Hæ ut proinde adhuc animus hac ſuper re ſecum ipſe conſultans, hac urget lupus, hac canis, aiunt; quoniam vero mihi anguſtiæ ſunt undique, rem mihi felicius cedere poſſe arbitror, ſi tuas in manus inciderim, *B. P.*, quippe qui ſis clementiſſimus, & audaciæ ignoveris plurimum meæ, quam ſi vulgo ingratus audiam, mihique ſuccenſeant vel ingrari plerique mortalium. Sunt ea ſane non pauca, non exigua B. P., quibus Tibi me obſtrinxiſti maxime, ut neque referri par gratia pro meritis poſſit. Primum quidem, quod eos inter ſtudioſiſſimos Tui viros, quos excipere dignabaris, ut ſacrorum oſculo pedum, & ſolareris, & beares, ardentiſſimi ſui ſe voti compotem ſenſerit Andreas Vincentius adoleſcens filius meus, cuius facti ratio Tua ſolius fuit dignatio facientis. Quod vero produxeris cum eo ſermonem longius, qui ſolicitudine omnium Eccleſiarum ſemper es occupatiſſimus; quod eum rationem & moræ Romæ, & ſtudiorum rogaveris; quod Juriſprudentiæ, cui navat ille operam, probaveris, eique alacriter proſequendæ calcar admoveris; tractant enim fabrilia fabri, & in excolendis bonis artibus velles omnes eſſe Tui quam ſimillimos; an non habenda ſunt ſingula beneficii loco,

ut

Digitized by Google

ut nec referre gratiam pro cuiuſque dignitate ſatis poſſim? Accedit eodem, quod vel urbanitati debeo plurimum tuæ, cum ex inſperato me Andreæ Vincentii patrem comperiſti, non patruum; eoque gratulari Te Filio meo affirmaſti magis, qui me olim Romæ commorantem vocatum in ſortem Domini futurum in gentem magnam (octo enim brevi liberos genui) minime cenſuiſſes. Ridiculum acri B. P. fortius, & melius magnas plerumque ſecat res ſeria, ioca Tuo vix prodeunt ore, ceu ἀποφθεγματα excipienda, probanda, ſuſcipienda ſunt. An non urbanus fuiſſe fertur in primis Cicero, ſi vel in irridenda Stoicorum ſecta graviſſima cum L. Murenæ ageret cauſam, ſcatentem eum ſalibus admiratus eſt vultuoſus ille Stoicus Cato, M. ſcauro non impar ſupercilio? Et tamen ampliſſimus ille vir, cui numquam in dicendo urbanitas defuit, tanta gravitate, tanta cura, tanta fide, ſapientia demum tanta rem Romanorum publicam adminiſtravit, ut ſuperiorum prudentiſſimos Conſules temporum facile vel ſuperaverit, vel æquaverit. Non ſecus B. P. vigilantiſſimus, & acerrimus P. O. M. urges munus; lepore tincti ſales attico id agunt, ut te omnes & ament pariter, & venerentur. Patrem innotuiſſe Tibi me, non patruum ego ipſe potiſſimum lætor quippe qui Tibi eſſe poſſim ea de ratione gratiſſimus. Dicam quod ſentio B. P. quid iucundius mihi, quid accidere potuit optatius, quam genuiſſe filios, qui mecum una grati animi ergo annuncient iuſtitiam Tuam, laudent te B. P. omnium ore, gentium ubique prædicandum, Tot inter fortunata mihi, & fauſta, unius me admiſſi tamen non ex incuria piaculi cura remordet; quod cum Diœceſis fines Bononienſis Piſtorienſi proximos inviſeres. non ego Te convenerim, meque animantem illam imitatum fueris ſuſpicatus tardigradam, cui circumferendæ locorum ubique Domus pœnam inflixit iratus Iupiter, quod eius epulum adire neglexerat. Non ea mihi mens fuit B. P. Domus amica, domus optima, non fuit in cauſa οἰκοστρίλος, ὀκνος ἀφ'ςος teſtudineo incedens gradu ratio eſt, auget culpam obtentus, non minuit; gravat, non elevat: Ingraveſcens ætas, longitudo itineris, aſperitas viarum, equitandi imperitia, ac fere nullus uſus, munia quædam obeunda mihi publica unice fuerunt in cauſa. Ignoſcas proinde velim, obſecro enixe, obteſtor; etenim vel ſuſpicionem Tuam perhorreſco. Si me filiumque meum B. P. in tuam admiſeris clientelam, tuoque, quod maximi facio, uti patrocinio patiaris; mihique ſub veſperam; neque enim iam aſcendit aurora, ſed inclinata eſt iam dies, benedixeris, dimiſeris ſervum Tibi addictiſſimum in pace, qui tuis ſanctiſſimis advolutus pedibus, eos exoſculans, quod bonum, fauſtum, felix, fortunatumque ſit a D. O. M. votis ardentiſſimis flagitat.

Hactenus Buti literæ ad Pontificem. Hic vero qua eſt in omnes, doctos autem viros maxime, clementia, hæc ſuis verbis Buto reſcribere juſſit Angelum Arſellum.

Ill.mo Sig.re Sig.re Padrone Col.mo

HA N. Signore ricevuta con piacere la lettera di V, S. Ill. ma, riconoſcendo in eſſa, non meno una atteſtazione del continuato ſuo affetto verſo di lui, che il vigore dell' eloquenza, e la purità del latino, cui tanti anni ſono guſtò con ammirazione, in ſentire la di lei Orazione compoſta in lode di S. Tommaſo d' Aquino nell' accademia del fu Monſignor Panciatici. Ha parimente di buon grado riveduto il ſuo Signor Figliuolo nulla diſſimile al Padre, fuorchè nella ſveltezza del camminare, eſſendo queſti anche garbato, oltre l' eſſer modeſto, e virtuoſo, e tale, che S. Beati-

 tudine,

Digitized by Google

tudine, si è espressa di desiderare per fino le opportunità di giovarli; Tutto questo io ho dovuto significare a VS. Ill.ma per sovrana commissione di sua Santità, raffermandomi fra tanto, con piena divozione, e rispetto.

Di VS. Ill.ma Roma 21. del 1741.

Divot.o Obblig.mo Servitore
Angelo Arselli Cam.re Segr.o e Segr.io
domestico di S. Santità.

I. I.

JOSEPH BIANCHINI V. Cl.

NICOLAUS BUTI

S. P. D.

NOn uno, sed gemino, eoque singulari me afficis munere, Vir munificentissime Joseph Bianchini. Non tibi quidem visum est satis, mei fuisse Te memorem, & in opere, quod ornatissimum tuis vigiliis certe pluribus in lucem prodiit, apposuisse aliquid, & tuæ veluti purpuræ adsuisse pannum, quantumvis licet mihi excederit adolescenti, cum Apollonij libros quatuor Conicorum sereniſſimo Principi Joanni Gastoni dedicarem. Verum ultra pergis, tanta est tui in me benevolentia; & opus ipsum quod plurimis de causis faciendum est maximi, dare mihi dono dignatus es. Quas tibi, Vir optime, referam gratias pro dignitate, sum plane nescius, qui nec habere, ut velim, possim. Versiculos excipe hosce paucos, non tenui deductos filo, tuorum ceu flagitat ratio meritorum, sed pingui editos Minerva, si mei tenuitas spectetur ingenii. Quidquid in iis mendi est, elue; ubi labor est nimius, adhibe spongiam; una litura facile emendaveris. Des mihi veniam, velim, qui te non possum quam simillimo, & pretio, & mole, munere munerari. Cura ut valeas, quem infirma corporis habitudine uti, accepi nuper, eiusque criminor causam, laborem, quem animi maximum subiisti.

Datum Pistorii Kal. Jan. MDCCXLII.

In eruditissimum Virum Joseph Bianchini, eximii auctorem operis, studio elaborati maximo; cui Titulus: Dei Gran Duchi di Toscana della Real Casa de' Medici, Protettori delle Lettere e delle belle Arti Ragionamenti Istorici.

EPIGRAMMA.

Quo foret æternos astris volventibus annos
Credita Mediceæ gloria rara Domus,

Exi-

Digitized by Google

Eximium decus ille tuum, Urbs florum inclita, noſtris
Lynceus admovit ſidera luminibus.
Quoſque Jovis munire latus modò cernimus orbes,
De tantæ auguſti nomine Gentis eunt:
Sit tamen in Terris ſoboles, quo tanta ſuperſtes
Et ſervet, vel poſt fata, perenne decus:
Ecce tibi, Arniolim depaſtus lilia, Prata
Qui ſua rimatur, proſilit albus Olor. (a)
Artibus ingenuis fuerit quæ cura colendis
Tutandiſque ardor, maximus ille legit;
Perſequiturque virum præſentia ſingula facta;
Et penna ſolvi non metuente vehit.

ADNOTATIO.

ALbi Oloris nomine, qui depaſtus lilia arni, ſua in præſens rimatur prata, innuitur Joſeph Bianchini, Academicus Florentinus, Civis Pratenſis.

Jam vero Blanchinii recitemus reſponſoriam epiſtolam.

Clariſſimo, Eruditiſſimoque Viro NICOLAO BUTI.

JOSEPHUS BLANCHINIUS.

ACcepi vir Clariſſime cum litteris tuis carmina tua, in litteris amorem agnovi; in carminibus ingenium, & elegantiam; imo ubique amorem, ubique elegantiam & ingenium. Gratulor tibi, quod iſta ætate Muſis tam venuſte litare valeas: gaudeo quoque mihi ob honorem eximium, quo me afficere voluiſti. Quis enim non lætetur, ſe magnopere & amari & probari a viro, qui propter ſingularem eruditionem, & auream morum integritatem ab omnibus magnopere & probatur, & amatur? Gratias igitur tibi ago maximas, agamque, dum vivam, & referam quoque, dummodo tenuitati meæ aliquid imperare velis, de quo pro viribus Te oro, & obteſtor. Valetudinem corporis mei quotidie firmiorem fieri ſentio, quam Divinæ bonitati acceptam refero. Vale, Vir eruditiſſime, & me, ut facis, ama.

Datum Die ſacra B. Petro Apoſtolo, Plebaniæ meæ Patrono MDCCXLII.

C

CAMMELLI (Antonius)

THomam Cammellium patrem habuit Antonius, cognomento *il Piſtoja*, quod ab urbe patria diſcedens, ac Ferrariæ domicilium collocans gentis ſuæ cognomine dimiſſo a relicta patria nominari maluerit.

In

Digitized by Google

In aula Ducis Herculis Eſtenſis celeberrimum ſane nomen ſibi comparavit jocoſis carminibus, in quibus excellebat; nec deſunt, qui putent, Antonii fama permotum Bernium, eamdem viam iniiſſe. Sunt qui Antonium hunc alium fuiſſe exiſtiment ab Antonio a Piſtorio, a quo tragœdias aliquot, aliaque carmina habemus. Sed dum clarior mihi lux adfulgeat, idem a me habebitur; in quam ſententiam non tam nominis, cognominiſque ſimilitudine adducor, quam quod tragœdiæ Antonii in aula Herculis Ducis Eſtenſis actæ ſint, in qua Cammellium commoratum diximus. Obierat Antonius anno CIↃIↃIV. quo Diomedes Guidalottus ſuum *tyrocinium* edidit; in eo enim illius epitaphium legimus cujus hoc initium:

Ferma il piè, tu, che paſſi, e il nero caſo
Non ti ſia a udir con poco indugio a noja:
Antonio giace quì, detto il Piſtoja,
Noto dal primo ſol ſino all' occaſo

Vide Creſcimbenium *comment. vol.* IV. *lib.* I. *cent.* V. n. LXIX. & Quadrium vol. II. p. 556. & vol. III. p. 64.

Præter jocoſa carmina, de quibus diximus, exſtant hæc eius opera.

I. *Filoſtrato e Pamfila, Doi Amanti, Tragedia.* II. *Demetrio Rè di Tebe Tragedia.* Venetiis utraque hæc tragœdia edita fuit primum a. CIↃIↃVIII. deinde a CIↃIↃXVIII. Cl. Marchio Maffejus (T. II. *Oſſ. Letter.* p. 208.) videtur e duabus tragœdiis unam confinxiſſe; nam ſcribit: *ſotto l' iſteſſo Duca Ercole fu rappreſentata a Ferrara la Pamfila, O SIA il Demetrio, Tragedia d' Antonio da Piſtoja in terza rima con canzonette in fine degli Atti.* Scire animadverſum eſt a Mannio (*Illuſtraz. del Boccaccio pag.* 274.) Antonium in altera ex his tragœdiis Boccaci narratione uſum eſſe, quæ in Decamerone prima legitur die IV.

Cammelli (Marcus Antonius)

Antonii filius. Eius italica aliquot carmina inlata ſunt in librum, cui titulus: *Collectanee Grece, latine, & volgari per diverſi autori moderni nella morte dell' ardente Seraphino Aquilano: in Bologna per Caligula Bazaliero* 1504. Quadrius vol. II. pag. 674.

Cancellieri (Conſtantius)

Floruit circa annum CIↃCCCCXCV. In citatis collectaneis Italica eius carmina reperio. Memoratur a Creſcimbenio *comm.* vol. II. p. II. l. III. n. XCIV. & a Quadrio vol. II. p. 674.

Cancellieri (Nicolaus)

Ab eo habuimus librum, cui titulus, *Relazione dell' aſſalto e battaglia*

im-

Digitized by Google

improvvisamente data alla Città di Pistoja dall' esercito de' Barberini sotto il comando di Monsu Achille de Estamps de Valleroze Bali Gerosolimitano, e generale di quelle armi seguito il di 2 d' Ottobre 1643. il venerdi alle 9. della notte. Descritta da Niccolò Cancellieri, e dedicata all' Illustriss. Sig. Senatore e colonnello Cavaliere Piero Capponi Governatore dell' armi, e presidio, e commissario di Pistoja, presentata al Sereniſſimo Granduca di Toscana Ferdinando II. da Bartolommeo Piggi da Pistoja, aggiuntovi la memoria della devozione di S. Eulalia Vergine e Martire di Portogallo dell' istesso autore.

Cancellieri (Raphael)

In Gymnasio Pistorienſi horis matutinis Jus Civile, Pontificiumque profitebatur, & in vivis adhuc degebat a. CIↃIↃCXI. senex edidit.

Carmen de justitia, & carmen de hominis conditione. Secunda editio Venetiis prodiit a. CIↃIↃCXI. 4.

Meminit Raphaelis Dondorius pag. 353.

Carlini (Raphael)

Edidit, *Betulia liberata* Poema heroicum Pistorii a. CIↃIↃCXCIV.

Carteromaco (Scipio)

Vide *Fortiguerra Scipionem*

Cartoli (Alexander Marchio)

Ex oppido S. Marcelli in agro Pistorienſi Italice ex Gallico idiomate vertit librum inscriptum *il disgusto col mondo*, qui & Lucæ prodiit 1718.

Cellesi (Atto)

Vir eruditus & Platonicæ Philosophiæ studiosus, quemadmodum Vannotius testificatur in sua ad eum epistola *de componendis comœdiis* T. II. p. 83. Idem Vannotius T. III. *epist.* p. 422. Attonem *Astrologiæ peritissimum* vocat. Eius latinam diatribam *de vano Astrologorum judicio* ad Bonifacium Vannotium scriptam Vannotius ipse vulgavit T. II. *epist. p.* 402. Epistolam quoque pro Vannotio scripsit, de qua consule ejusdem Vannotii Tomum alterum *epistolarum* pag. 16. Duas à Cellesio Orationes habitas, alteram in Pistorienſi, ut aiunt, *sapientia* seu Gymnasio, pro instauratione studiorum, alteram in palatio civitatis die S. Bartholomæi memoriæ sacro tradit citatus Vannotius T. III. *epist.* p. 422. & 946.

Cellesi (Jacobus)

Deo in societate Jesu se dicavit a puero, in qua Rhetoricam, &

Phi-

Digitized by Google

Philoſophiam docuit, rexit collegia plura Provinciæ Romanæ, nempe Interamnenſe, Maceratenſe, Florentinum, Maronitarum Romæ, Seminarium Romanum, Collegium Græcum Urbis, vivebatque adhuc anno CIↃIↃCLXXX. Edidit italice vitam P. Julii Mancinelli e ſociet. Jeſu, Romæ apud Vareſium 1668. Clementi IX. P. M. nuncupatam. Tranſtulit in Italicam linguam Hiſtoriam Belli Belgici conſcriptam ab Angelo Galluceio ejuſdem ſocietatis, Romæ ſumptibus Ignatii de Lazaris 1673. De eo Nathanael Sotuellus in Biblioth. ſociet. *Oldoinus*.

Cellesi (Lucas)

Epiſcopus Marturanenſis, cujus vitam Camillo Celleſio inſcriptam vulgavit a. CIↃIↃCXCII. P. Sebaſtianus de Comitibus ſocietatis Jeſu. Edidit

Conſtitutiones & decreta ſynodalia Montileoni 1637.

Vide Ughellium, & Coletti additiones T. IX. *Italiæ ſacræ novis. edit. col.* 283.

Ciati (Paullus)

Vannotius Orationem a ſe perſcriptam Ciato dum mitteret expendendam, eum *decus noſtræ urbis*, Piſtorienſis ſcilicet, adpellat; Illius opuſcula MS. deliteſcunt in Bibliotheca Franciſci Merlinii.

Ciati (Robertus)

Canonicus, Eques S. Stephani, & Prior S. Johannis foras Civitatem (*fuor civita*), edidit

I. Il ſupremo tragico ſpettacolo, diſcorſo recitato l' anno 1660. nella Chieſa di S. Proſpero nel Venerdì di Paſſione. *Piſtorii* CIↃIↃCLXIII.

II. La ſantità prodigioſa di S. Caſimiro Re di Polonia. *Lucæ*,

III. Gli affetti d' un' anima penitente. *Lucæ* CIↃIↃCLXXXV.

Cilli (Alexander)

Vivebat Sacerdos medio ſeculo XVII. Edidit

Hiſtoria delle ſollevationi ſeguite in Pollonia gli anni 1606. 1607. 1608. *e delle azioni fatte in Moſcovia da Sigiſmondo III.* Piſtorii CIↃIↃCXXVII. 4.

Conſule Dondorium p. 335.

Cini (Deſiderius)

Edidit comœdiam tropologicam prolixam, eruditamque hoc titulo : *Deſiderio e Speranza Fantaſtichi*. Venetiis apud Sebaſtianum Combi CIↃIↃCVII. 8. Quadrius *vol.* III. *p.* 97. Dondorius p. 339.

Digitized by Google

Cini (Stephanus)

Hunc alii Florentiæ adſcribunt. Floruit circa ann. CIↃCCCLXXIV. MS. exemplar Italicorum hujus carminum exſtabat apud cl. Rhedium: aliud in Chiſiana Bibliotheca exemplum reperit Creſcimbenius, ex quo ſpeciminis cauſſa Epigramma unum Italicum excerpſit Creſcimben. *comm. vol.* II. *p.* II. *lib.* II. *n.* LXIV. Quadrius *vol.* II. *p.* 190.

Cini (Thomas)

E Dominicana familia ſacerdos, S. Officii Conſultor, & olim in Piſana Academia Profeſſor, edidit

Cælum Eccleſiaſticum, in quo Sacramentorum ſtellæ fulgent. Florentiæ CIↃIↃCXXXVIII.

De eo Dondorius *p.* 354. & Echardus *in Biblioth. Scriptor. Ordinis S. Dominici T.* II. *pag.* 468.

Civi (Paullus)

Ordinis Servorum B. V. edidit Florentiæ anno noſtri ſeculi decimi ſeptimi ſexto ſupra viceſimum Poetaſtrum B. Philippi Benitii Florentini miraculorum & gratiarum, quibus pleniſſime Deus merita & ſanctitatem illius poſt mortem Tuderti declarari voluit anno ſalutis CIↃCCLXXXIII. De hoc Johannes Cinellius in ſua Bibliotheca. *Oldoinus. Nihil ego reperio de Paullo apud Cinellium.*

Colocci (Benedictus)

Ex humili genere natus eſt Piſtorii. Primis literarum elementis in patria urbe imbutus, quum Lazarum Palandram, alioſque ejuſdem Familiæ ex Factione Cancelleria inter & Panciaticos, eorumque ſocios magnum initum eſſet certamen, Florentiam a patre miſſus eſt; qua in urbe a Mariotto Bartolino viro egregio exceptus primum Carolo Marſuppino ſeniore vulgo Arretino, deinde poſt huius obitum a. MCCCCLIII. Timotheo Maffeio magiſtro uſus eſt. Coſmum, & Petrum Mediceos, huiuſque filios Laurentium & Julianum amicitia atque adeo familiaritate ſibi habuit devinctiſſimos. Eloquentiæ ſuæ fama per univerſam Italiam percrebuerat; quamobrem a clariſſimis viris adcitus Mantuam adceſſit quo tempore (anno ſcilicet CIↃCCCCLIX.) Pius II. Chriſtianorum Principum conventum ad infringendos Turcarum impetus celebrabat. At Mantuani aeris intemperies, ex eaque adflicta valetudo Coluccium coegit, ut patriam repeteret. Florentiæ, ubi rerum potiebantur Medicei, plures annos tranſegiſſe veroſimile eſt. In municipio deinde Collenſi

Digitized by Google

Rhetoricam artem tradebat a. CIↃCCCCLXXIII. Quo anno obierit incertum. Salvius *T.* III. *hiſt. Piſtor. pag.* 79. ad annum MDXV. Coluccii meminit. Nugas agere vir bonus cl. Laurentio Mehus *in vita Coluccij* p. XV. videtur. Nam (Mehuſii verba ſunt) *Benedictus Coluccius floruit ætate Caroli Arretini, Marſilii Ficini, aliorumque Virorum clariſſimorum, qui medio circiter ſeculo* XV. *Etruriam exornarunt*. Ego vero nugax heic nihil reperio. Floruiſſe Coluccium a. 1515. ſcribit Salvius : fac Colucium quatuordecim aut quindecim annos natum adiiſſe Florentiam ſtudiorum cauſſa a Patre miſſum anno MCCCCXLVII. aut ſequente ; tum anno 1515. annum ætatis ſuæ LXXXII. adtigiſſet : quod ſane neque fidem ſuperat, neque prohibet, Colucium æqualem illorum temporum fuiſſe, quibus floruiſſe ſcimus Clariſſimos illos Etruriæ Viros.

Scripſit I. Librum inſcriptum *Lazareum ad generoſum juvenem Julianum Medicem*. In hoc Opuſculo, quod Colucius a. 1459. in patria, ubi valetudinis cauſſa morabatur æſtivo tempore, inchoavit, narrat Urbis Piſtorienſis initium, diſcordiarum ſemina, ac memorandam illam Lazari Palandræ, ſociorumque pugnam contra Panciaticos. Hunc librum dabimus nos in appendice, ex humanitate cl. Abbatis Mehus, qui nobis illum a ſe deſcriptum donavit.

II. *De diſcordiis Florentinorum librum*. Hunc in Bibliothecarum forulis deliteſcentem emiſit in lucem Florentiæ CIↃIↃCCXLVII. egregius Abbas Laurentius Mehus, qui omnia ad Colucii vitam, ſcripta, codiceſque, in quibus hæc exarata inveniuntur, pertinentia maxima, qua pollet, eruditione perſequitur.

III. *Orationem ad Ducem Calabriæ* Alphonſum Ferdinandi Regis filium, qui a. CIↃCCCCLXVIII. compoſitis per ſummum Pontificem Italiæ rebus Florentiam advenerat.

IV. *Ad Magnificum Virum Julianum, Medicen declamationum librum* quem Marſilius Ficinus ſummopere laudat lib. I. epiſt. XVIII. Quinque omnino declamationes ſunt: I. *ad ſanctitatem Sixti IV. P. M. Chriſtianorum*. II. *ad Majeſtatem Ferdinandi invictiſſimi Latinorum Regis*. III. *ad clariſſimum Venetorum Senatum*. IV. *ad invictiſſimum Principem Galeazo Sforziam Inſubrum, & Gianvenſium Ducem*. V. *ad feliciſſimum Florentinorum Senatum*. Spectant hæ declamationes ad annum CIↃCCCCLXXIII. Codicem Laurentianæ Mediceæ Bibliothecæ, in quo hæ declamationes, vidit etiam Dondorius. Adi illum p. 336. Harum meminit etiam Dempſterus *Etrur. Regal.* T. II. c. 13.

V. *Orationem ante lectionem Virgilii habitam in Municipio Collenſi*.

VI. Pollicitus erat *Coluccius in Lazareo*, ſcripturum ſe de bello XXX. menſium, quod cum Piſtorienſibus geſſerant Florentini : quod utrum præſtiterit, nec ne, Mehuſio, mihique incompertum eſt.

COMANDI (Vincentius)

Vincentius Jacobi Comandi Canonicus Piſtorienſis, edidit. *Canzone nella Creazione del Sommo Pontefice Urbano* VIII. Piſtorii 1624. 4. Exſtant plura ejus carmina MSS. Florentiæ in celeberrima Magliabecchii Bibliotheca. Vide de eo Cinellium T. II. *noviſſ. edit.* p. 173.

COM-

Digitized by Google

Compagni (Johannes Michael)

Canonicus Regularis primo, mox ſimplicis beneficii adminiſtrator poſt ſtudia inter ſuos Religioſos confecta. Orationem dixit latino idiomate in electione Joſephi Vivoli Ravennatis in Abbatem Generalem, illamque edidit in Patria per Petrum Antonium Fortunatum a. CIↃIↃCXXVII. uti habemus ex Celſo Rotino in Lyceo Lateranenſi. *Oldoinus. Adi Cinellum T.* II. *noviſſ. edit. p* 174.

Compagni (Octavius)

Exſtat Domini Octavii Compagni S. C. Piſtorienſis Ordinarii Juris Civilis interpretis in publico Gymnaſio Piſtorienſi a. 1622. nec non olim publici interpretis in Piſano Gymnaſio, ac demum Auditoris Rotæ Senenſis oratio in ædibus ſapientiæ in ingreſſu recitata, cum epitome ſuper quibuſdam lucubrationibus juris tum publice Piſis, cum etiam privatim domeſticis lectionibus, valde utili tyronibus &c. *Piſtorii* 1626. *Cinellius T.* II. *p.* 175. *noviſſ. edit.*

Conti (Sebaſtianus)

Philippi Scarpellii (de quo ſuo loco dicemus) ex Fratre Nepos (ſed adoptatus a Dominico de Comitibus, ut conſtat ex edita typis ſacræ Romanæ Rotæ deciſione *Romana hereditatis* VIII. *Junii* CIↃIↃCXXXVII. coram Coccino) e Societate Jeſu, in qua docuit Rhetoricam, Philoſophiam, Theologiam Speculativam ac Moralem, & Rector præfuit Collegiis Spoletano, Piſtorienſi, & Senenſi. Edidit.

I. *Faſtos ſenenſes* ſub titulo *Intronatorum Academiæ*, cui auctor erat adſcriptus nomine *il compoſto* CIↃIↃCLIX. Amſtælodami & decennio poſt Senis.

II. *La Relazione della miracoloſa Madonna del Preſepio* CIↃIↃCLXVIII. Senis.

III. *Præfationes, ac diſceptationes de morali Theologia habitas in Metropolitana Senenſi* CIↃIↃCLXVII. Senis.

IV. *La Vita del Cavaliere Alfonſo Marſilii* CIↃIↃCLXVIII. Senis.

V. *Panegirico di Sant' Antonio da Padova* CIↃIↃCLXX. Senis.

VI. *Il ſacrificio d' Abramo, Dialogo per Muſica* CIↃIↃCLXXIV. Senis.

VII. *Prælectiones in eadem Senenſi Metropolitana habitas de præceptis communionis, Confeſſionis, & jejunii* CIↃIↃCLXXXIII. Peruſiæ.

VIII. *Deciſione ſopra 'l dubbio moralmente Teologico, ſe i diſpenſati a titolo di preſervarſi dal digiuno quareſimale, ſiano per tanto obbligati a digiunare in tal tempo nel Venerdì, e ne' Sabbati.* Florentiæ CIↃIↃCLXXXIV.

IX. *Panegirico di S. Filippo Neri.* Peruſiæ CIↃIↃCLXXXIV.

X. *Orazione nell' eſequie del Reverendiſs. P. M. Fra Raimondo Groſſi Inquiſitore Generale di Perugia, e dell' Umbria*: ibidem eodem anno.

Digitized by Google

XI. *Vita di Monſig. Gio. Viſconti, ſotto nome di Leone Stella*: Lucæ CIↃIↃCLXXXVIII. & Bononiæ CIↃIↃCXC.

XII. *Tractatus Rhetoricos de affectibus, de argutiis, & de metaphoris* CIↃIↃCXC. Peruſiæ.

Eiuſdem auctoris adhuc adoleſcentis exſtat Elegia in libro, cui titulus eſt: *carmina in funere Euſebii* CIↃIↃCXXXVIII. Romæ.

Scripſit quoque hic idem auctor *Summam expeditiſſimam* Theologiæ moralis, ſed typis non edidit, continentem titulos ex ordine Alphabetico pluſquam quadringentos ſupra mille; ad quem videlicet numerum hactenus quælibet alia Theologorum Moralium ſumma, & vel ipſa Sylveſtri ſumma ſummarum non pervenit, imo nec prope adceſſit. De illo fit mentio in Biblioth. Societ. Jeſu. *Oldoinus.*

Libris editis addenda Vita Lucæ Celleſii Marturanenſis Epiſcopi vulgata a CIↃIↃCXCII., quam Coletus memorat in additionibus ad Ughellium.

Hæc in Bibliotheca Collegii Piſtorienſis ſocietatis Jeſu ſervantur autographa, quæ quidem an lucem unquam adſpexerint, ignoro.

I. *Riſtretto della Vita della Signora Onorata Orſina ne' Saracini Saneſe, che ſi legge diſteſa in un antico MS. della libreria del Sig. Belliſario Bulgarini, compoſto dal P. Sebaſtiano Conti Piſtoreſe, della Compagnia di Gesù.*

II. *Riſtretto della vita della Ven. Madre Paſitea Crogi Fondatrice delle Cappuccine di Siena.*

III. *Vittoria maravigliosa per interceſſione della Ven. Madre Margherita Bichi Terziaria di S. Franceſco ottenuta da' Geneſi a' 25. di Luglio del 1526. ſotto gli auſpicj dell'Immacolata Concezione della Santiſſima Vergine loro padrona.*

IV. *Elogio del Ven. P. Fra Lorenzo Placidi dell'Ordine de'Geſuati.*

D

Damiani (Laurentius)

In Neunte ſeculo XV. floruit. In Bibliotheca Strozziana MS: eius carmina Italica adſervantur. Vide Creſcimb. *Comm.* Vol. IV. L. *Cent.* IV. n. LXXXI. & Quadrium Vol. II. p. 197.

Desideri (Franciſcus)

Natus eſt XVIII. Kal. octobr. a. CIↃIↃCLXXI. Poſt abſolutum Piſis ſtudiorum curriculum utriuſque juris laurea donatus ſacris Ordinibus initiatus eſt. Multa in excipiendis Monialium confeſſionibus in Diœceſi Piſtorienſi cum Epiſcopis Cortigiano, & Baſſio peragranda, aliiſque obeundis muneribus doctrinæ, ac pietatis, eaque præclara præbuit ſpecimina. Quamobrem Parochus S. Mariæ in oppido Colonicæ ab eodem Baſſio Epiſcopo a. CIↃIↃCCXXIII. conſtitutus eſt, ubi vetuſtum illud tem-

Digitized by Google

templum reſtauravit. Tandem ibi laboribus, ac ſtudiis fractus obiit quarto decimo Februarii die a. CIↃIↃCCXLII. ætatis ſuæ LI. Edidit.

Praxim Sacrorum rituum præcipuas Eccleſiaſticas functiones continentem 1739. Prælo paraverat. I. *Sollicitudinem Paſtoralem multa Parochis utilia ex ſelectiſſimis Canoniſtarum, ac Theologorum promptuariis excerpta comprehendentem*. II. *Fiori di perfezione Criſtiana*; ſed morte prohibitus eſt illa in lucem emittere.

DESIDERI (Hippolytus)

XIII. Kal. Januar. A. CIↃIↃCLXXXIV. ortus eſt Hippolytus, tum Romæ Societati Jeſu nomen dedit VII. Idus Maias a. CIↃIↃCC ſed a. CIↃIↃCCXII. ad Thibetanas Miſſiones profectus eſt. Inde XIII. Februar. a. CICIↃCCXVII. literas ſcripſit, quas heic recitare non inutile viſum eſt.

Alla fine di Luglio 1716. ſcriſſi altra, dando nuova de' miei lunghiſſimi, e difficiliſſimi viaggi, e del mio arrivo in queſta Capitale di Thibet a' 18. di Marzo del detto anno, ed inſieme notizia del ſuccedutomi quì ſino a detto tempo.

A' nove d'Agoſto fui mandato a chiamare al Palazzo del Re, dove ebbi lunga, e famigliare udienza per ricerca del fine, per cui ero venuto, e dimoravo in queſto Thibet; riſpoſi, che unicamente per inſegnare loro la S. Fede. Io fui interrogato, quanto tempo quì mi tratterrei, riſpoſi, che fino alla morte, ſe eſſi voleſſero abbracciare la S. Fede; la riſpoſta fu, che volevano eſſere in tutto iſtruiti della mia S. Fede, e legge, e che perciò reſtaſſi quivi, ed imparaſſi bene la lingua. Dipoi mi furono fatte molte, ed efficaciſſime eſibizioni, ed offerte dalla regia liberalità, ma io tutto efficacemente ributtai, non volendo altr'onore, che la gloria di Dio, nè altro bene, che la ſalute dell'anime loro. Al principio di Settembre fui invitato, e condotto ad un Giardino, e Palazzo in Campagna del Re, dove fui eſaminato del profitto fatto nella lingua ſpecialmente, nell'intelligenza de' libri, e mi furono domandate varie coſe della mia S. Legge. Al principio di novembre eſſendo già arrivata una lettera latina del Papa a queſto Re, io la traduſſi in queſta lingua. Eſſendo ſtato alcune volte richieſto, e privatamente, e pubblicamente della differenza tra la mia, e la loro legge, nè arriſchiandomi a trattare ex profeſſo a voce sì delicati punti fino a non poſſedere perfettamente queſta lingua, aveva promeſſo di ſpiegare loro tutto a poco a poco con alcuni libri: a tal fine ne' meſi di Giugno, Luglio, ed Agoſto compoſi due libri; il primo in confutazione del peſſimo, e tanto ſparſo errore, che dice poterſi ognuno ſalvare nella ſua legge, ed il ſecondo in confutazione del diabolico errore della traſmigrazione Pittagorica. Agli otto di Settembre cominciai da me ſteſſo a tradurre in queſta lingua, e in verſi Thibettani il primo di detti due libri, e dopo averlo poſto bene all'ordine, a' 6. di Gennajo 1717. dopo detta, ed applicata a queſto fine la S. Meſſa, andai a palazzo del Re, dove fui ammeſſo nella Real Sala dell'udienza, ove ſtava il Re nel ſuo trono circondato da un molto copioſo conſeſſo di Grandi, e perſone della corte, e di Lammâ, che ſono i loro Religioſi, e Dottori. Il Re ricevè il mio regalo, e preſe nelle ſue mani il mio libro, e mi fece ſedere in faccia al ſuo trono, e mi fece bere il Cià. Dipoi con le ſue ſciolſe, e aprì il mio libro, e mi domandò, quanto tempo ancora reſterei in queſto

Thibet

Digitized by Google

Thibet. Risposi, che fino alla mia morte, il che cagionò molta tenerezza in tutto il consesso; indi mi domandò, qual fosse il mio Dio. Risposi, che io non riconosco, nè adoro, se non un solo Dio creatore del tutto. Mi domandò, quanti Dei vi siano. Risposi che un solo, unico nell' essenza, e trino nelle persone. Mi domandò i nomi delle tre divine persone, e presa occasione dal nome dello Spirito Santo, essendo egli di gran mente, e di molto capace ingegno, da se stesso si pose a farmi varj argomenti contro la purissima spiritualità, ed incorporità di Dio, ed udì le mie risposte a detti argomenti, e come essendo Iddio di sua natura incorporeo, per amore, e salute nostra, si era fatto Uomo. Dipoi da se stesso lesse tutta la dedicatoria del Libro, che è un elogio del Re medesimo in versi Thibettani, poichè ad esso è dedicato il libro. Indi ancorchè gia sapesse il tutto, come stesse la cosa, per farmi quest' onore appresso gl' altri, mi domandò, chi avesse composto, e posto in questa lingua quel libro: risposi, che io stesso senz' aiuto di verun uomo. In oltre mi domandò, chi l' avesse posto in versi Thibettani, risposi, che io solo da me medesimo. Dopo di ciò lesse un buon pezzo del primo capitolo, e di poi diede il libro in mano di uno di detti Dottori, che fra tutto il consesso era il più vicino al Re, e dal medesimo dottore il fece leggere. Di poi da se stesso si pose a farmi argumenti in difesa della trasmigrazione, e a ciascheduno argomento udì le mie risposte, dopo le quali continuò a farsi leggere il libro da detto Dottore, ed in quel mentre arrivato il mezzo giorno, fu licenziata l'udienza, senza che il Re in tanto tempo avesse udito altri, nè parlato ad altri. Pochi giorni dopo mi mandò ad interrogare a casa molto per minuto sopra quel punto, che la via, o legge della salute è una sola, e tutte le altre sono d'eterna dannazione. Il Re tiene appresso di se e va leggendo il libro, e facendone conferenze. Faccia Iddio, nelle cui mani sta l'esito, ed al quale tocca a parlare al cuore. Varie altre volte con varie persone ho avute private dispute di sì fatti punti di Religione. Da un mese in quà sono stato un poco travagliato nella sanità, a causa delle passate fatiche. Quanto prima ripiglierò lo studio, e le fatiche, che è quanto posso per ora dar di nuovo.

Non si scordino giammai di pregare per me nelle loro orazioni, *ne forte cum aliis prædicaverim, ipse reprobus efficiar*, ed acciocchè i miei peccati non pongano impedimento alla conversione di queste genti, e caramente abbracciandola, resto pregando Iddio a darci grazia di rivederci in Paradiso, Amen.

Neque hos solum libros scripsit P. Hippolytus quorum in superioribus libris mentio. Nam in latinam linguam (quod sane Missionariis ad dignoscendos illius gentis errores usui maximo esse potest) convertit Thibetanorum *Sahorim*, seu *Kangiur*, qui Bibliorum instar ipsis est in centum & octo grandia volumina tributi compendium a ZonKabà quodam magna apud eos sanctitatis fama percelebri elucubratum. Alia etiam parabat, quum a Thibetanis regionibus in Italiam remeandum fuit P. Hippolyto A. CIↃIↃCCXXVII. Romæ autem pro suis Missionibus adversus P.P. Cappuccinorum postulata tres non uno tempore libellos edidit, obtulitque Sacræ Congregationi de *propaganda fide*. Quod tamen optabat maxime, ut Thibetanum in Regnum rediret, obtinere non potuit, morte intercedente, quæ illum ex Collegio Romano ad superos evocavit XVIII. Kal. Majas a. CIↃIↃCCXXXIII.

DON-

Digitized by Google

Dondori (Josephus)

A sacris aquis Guillelmus dictus, Fulvii filius, Cappuccinorum Minister Provincialis, Evangelii præco doctus & pius, qui Pisis die quincta Decembris anno elapsi seculi quinquagesimo, ex hac mortali vita abiit, quum scripsisset opus sub titulo *della pietà di Pistoja*. Quod quidem opus post obitum auctoris editum fuit Pistorii CIↃIↃCLXVI. & Julio Cardinali Rospiglioso nuncupatum. Huiusce viri mentio habetur apud Gamurrinum T. II. de Familiis nobilibus Hetruscis, & Umbris. *Oldoinus*. Addamus, apographum laudati operis ab editis nonnihil discrepans servari Florentiæ ab eruditissimo Dominico Maria Mannio. In eo autem quod typis editum habemus exemplo p. 344. narrat de se Dondorius ipse, parasse se prælo duos concionum tomos. Dondorii meminit cum laude Salvius T. III. hist. p. 271.

Dondori seu Dondoli (Sigismundus)

Gherardi filius, advocatus consistorialis, Referendarius utriusque signaturæ, a cautis adfuit Clementi VII. & Paulo III. Romanis Pontificibus. Adnuente Romano Pontifice Henrici Regis Angliæ, qui Catharinam Austriacam repudiare studebat, partes contra Aloysium de Aragonia advocatum Reginæ, ac Imperialium suscepit, typisque in eadem Anglicana controversia matrimoniali dissertationes evulgavit. Scripsit etiam memorias historicas suorum temporum, quæ MSS. adservantur apud suos. E vita abiit Romæ A. CIↃIↃLIX. seu ex aliis CIↃIↃXLIII. in templo consolationis de urbe hæc est tanti viri memoria.

Dominus Sigismundus Dondolus
de Pistorio, advocatus Consisto-
rialis legavit domum suam
Sitam in regione pontis piæ sub-
ventioni Infirmorum, & voluit,
ut in hoc Sacello perpetuo Lumen
arderet, & quotidie missa celebretur,
& alia prout in suo Testamento.

Altera inscriptio visitur Romæ in prospectu gentilitiæ domus in regione pontis exstructæ prope templum Pacis, ubi marmorea quoque insculpta insignia, tres nempe campanulæ, in transversa fascia cum cognomine colludunt, ubi marmorea quoque eiusdem Dondoli effigies conspicitur cum hac Epigraphe

Sigismundus Dondulus advocatus Consistorialis

De illo Carolus Carcharius *de advocatis consistorialibus*, & Gamurrinus T. II. *de Familiis Hetruscis, & Umbriis*. Oldoinus.

His

His adde, Sigiſmundum univerſum Juris Civilis corpus ſua manu exaraſſe, utiliſſimis adſcriptis adnotationibus. Scripſit etiam querimoniam Cardinalis Hippolyti de Medicis, cuius hoc initium: *Humano viator*. Conſilia ſua, & cetera ſcripta legavit Dominicanis Minervæ; cadaver Templo Conſolationis. Plura de eo Salvius T. III. hiſt. p. 194. & Dondorius p. 346.

F

Fabbroni (Benedictus)

Canonicus Piſtorienſis ſcripſit vitam Joannis Viſcontis; ſed operi immortuus eſt. Eius deinde compendium edidit *Leonis Stellæ* adſumpto nomine P. Sebaſtianus de Comitibus noſter, de quo iam diximus.

Fabbroni (Carolus Auguſtinus)

Cinellius T. II. noviſſ. edit. p. 271. huius memorat orationem *de divini Spiritus adventu* ad SS. D. N. Clementem X. habitam in Sacello Pontificio Quirinali, ac Romæ typis Ignatii de Lazaris a. 1671. divulgatam.

Fabbroni (Nicolaus)

Dominicanum ordinem in patria urbe profeſſus, Theologus eximius, & inſignis divini verbi præco, in præcipuis Italiæ urbibus, Piſis, Lucæ, Piſtorii, Florentiæ bis, Arretii, Peruſii, Fulginei, Urbe veteri, Romæ etiam per Quadrageſimam conciones habuit magno ubique plauſu, & fructu. B. Catharina de Ricciis eius merita, virtuteſque egregias non ſemel prædicavit. Vide Razzium in ſanctiſſimæ feminæ vita lib. 3. c. 10., qui ſenem emeritum, & variis regiminis perfunctum muneribus, ſurdum tandem effectum vidit Piſtorii circa CIↃIↃLX.

Scripſit plura Concionum Quadrageſimalium volumina. Præterea de effuſione ſummi boni Dantis ſtylum imitatus concinne cecinit: huius operis MS. exemplum, Dondorio teſte p. 350., exſtabat olim apud heredes Laurentii Fabbroni. De Nicolao paucis Echardus T. II. *ſcript. Ord S. Domin.* pag. 178.

Ferrandini (Brutus)

Doctor edidit fabulam inſcriptam *la ghirlanda*. Creſcimbenius vol. IV. *comment.* L. III. *cent.* III. n. LXXXVII. ait, Ferrandinum hanc Romæ compoſuiſſe anno CIↃIↃCXVIII., tum ſequente Viterbii vulgaſſe. Verum Quadrius

Digitized by Google

drius vol. III. p. 411. præter editionem Viterbienſem a. CIↃIↃCXIX. alteram Viterbienſem editionem citat ſuperioris anni, atque adeo aliam a. CIↃIↃCVIII.

Ferroni (Theodorus)

Cutiliani in agro Piſtorienſi natus Auguſtinianum ordinem profeſſus, de quo Dondorius p. 353. Edidit Florentiæ vitam B. Finæ.

Fedelissimi (Joannes Baptiſta)

Gherardi medici filius, & ipſe excellens Medicus, atque Poeta edidit.

I. Il Giardino morale, in rime, e verſi Lirici Toſcani. *Florentiæ* 1594.

II. Paſtorale carmen, in quo ſub nomine Branæ Civitas Piſtorienſis lætatur Fulvium Paſſerinum ſibi contigiſſe Paſtorem Florentiæ 1599. 4. Cinellius T. 2. noviſſ. edit. p. 294.

III. Carmina de laudibus Nicolai Fortiguerræ Piſtorienſis Cardinalis, *Florentiæ* 1598. 4.

IV. Panegiricum in Henrici IV. & Mariæ Medices nuptias, *Florentiæ* 1600.

V. Della vita e morte di S. Caterina vergine e martire poemetto epico in verſo ſciolto, *Florentiæ* 1614.

VI. Centurie d'oſſervazioni Theumafiſiche, *Bononiæ* 1619.

VII. Nonnulla opuſcula de febri, cum opuſculis eadem de re celeberrimorum Medicorum Johannis Dominici Sala Patavini, Roderici a Fonſeca Luſitani Medici Patavini, Johannis Zecchii Romani, Bartholomæi Caſtelli Meſſanenſis, aliorumque, *Piſtorii* 1627.

VIII. Lexicon Herbarium, *Piſtorii* 1636.

IX. Preparazione da farſi al tempo della primavera per ſchifare la febbre peſtilenziale maligna, *Piſtorii* 1636.

Scripſit etiam, Dondorio auctore p. 545., ſoluto Italico carmine Inſtitutionem nobilis adoleſcentis ad Marchionem Aloyſium Strozzium. de Iride quoque diatribam compoſuit. Vide Vannotium *Epiſt.* T. III. p. 422. Duo aut tria Cini Italica epigrammata enarravit: Conſule eundem Vannotium T. I. *Epiſt.* p. 238. Carmina latina Italicaque emiſit in lucem *in obitu nobilium duorum Piſtorienſium, Petri Montemagni, & Batis Roſpiglioſi* quæ Vannotio inſcripſit. Dedicatoriam hanc epiſtolam intulit Vannotius in T. II. *ſuarum epiſt.* p. 297. Ibidem alteram Fedeliſſimi legimus epiſtolam, qua eidem Vannotio librum alium mittit *de ſenum ſanitate tuenda*. Demum quid moliretur vir doctus ad patriæ ſuæ decus ſempiternum, diſcimus ex eiuſdem literis ad Vannotium, quas hic recitat T. II. p. 460. En fragmentum illarum: *Già il Sig. Girolamo Baldinotti gentiliſſimo. non reſta bene ſpeſſo di ſollecitarmi all' impreſa impoſtami da V. S. Reverendiſs. per la deſcrizione delle memorie piu notabili di Piſtoja, e ſino ad*

Digitized by Google

ora ſono a buon termine , havendo introdotti per collocutori nel mio diamerone Polifilo , e Filoteo , l' uno foreſtiero amatore delle Città , e l' altro Piſtoreſe zeloſo dell' amor di Dio .... S' io poteſſi haver qualche lume , che Piſtoja originem duceret a Pelaſgis , *ovvero che* priſcis temporibus *foſſero capitati in queſte regioni , o come mi verrebbe ben confermata la ſua fondazione!* Hæc ille 7. Kal. dec. CIↃIↃCVI. Quod opus num perſecerit , ignotum mihi eſſe fateor .

Fidelissimi (Rainerius)

Johannis Baptiſtæ , de quo nuper dixi , frater medicinam profeſſus eſt . Vita diſceſſit . A. CIↃIↃCXIV. Scripſit autem

Enchiridion Pharmaceuticum . Dondorius pag. 555.

Filiarchi (Coſmus)

Virtute , ac ſapientia clarus , omnique eruditione conſpicuus , Gregorio XIII. P. M. ob vitæ probitatem , ſingularemque doctrinam pergratus . Scripſit , ut ipſemet fatetur in literis ad Petrum Donatum Cæſium S. R. E. Cardinalem evulgatis cum ſuo libro , cui titulus *Enchiridion de bello ſacro* librum ; de *Principum audientia* ; *de fœdere* , *& prædeſtinatione* ; *Enchiridion* , *ſive manuale Sacerdotum* ., Florentiæ 1582. ; *Trattato della divozione* , *in Firenze preſſo i Giunti* 1578. Oldoinus .

Laudant Philiarchum Poſſevinus in *Apparatu* , Dondorius *p.* 336. Salvius *T. III. p.* 212. Fuit Coſmus principis Florentini templi Canonicus Theologus , in eoque ſtatis diebus ſacra Biblia Chriſtiano populo enarrabat . Catalogus porro librorum a Philiarcho editorum adcuratior Oldoiniano hic eſto .

Italice edidit I. Trattato della guerra , e unione de' Principi Criſtiani contro ai Turchi . *Venetiis* 1572. *apud Jolitum* . II. Trattato della frequente , e benigna audienza , che debbe darſi da' Principi : *Romæ* 1578. 8. III. Trattato della divozione , *Florentiæ apud Junctas* , *eodem anno* 1578. IV. Eſpoſizione de' Salmi de' tre notturni dell' officio della Beata Vergine , eſpoſti , e letti nel duomo di Firenze , l' anno 1582. *Florentiæ* 1583.

Latina hæc ſunt . I. Quæſtio de cauſſa prædeſtinationis , & reprobationis , an ea ſit operum præſcientia , vel ſola Dei voluntas ? *Florentiæ apud Junctas* 1575. II. Enchiridion , ſive Manuale Sacerdotum per modum examinis , *Florentiæ* 1582. III. De officio Sacerdotis , *Florentiæ Tomus prior* 1589. , *Tomus poſterior* 1590. 4. *Quare uterque tomus* in Bibliotheca Cardin. Imperialis *male ad ann.* 1590. *refertur* . *Venetiis recuſum deinde eſt opus utiliſſimum* . IV. Compendium de officio Sacerdotis , *Florentiæ* 1591. V. Quæſtio de monte pietatis , *Florentiæ* .

In Bibliotheca Collegii noſtri Romani exſtat inedium Philiarchi opus

de

Digitized by Google

de Corpore Christi, seu quæstio, utrum in miraculosis pueruli adparitionibus in Hostia sensile revera Christi Domini Corpus adparuerit? an potius species tantum ejusdem Corporis sensus adfecerit? Huic autem libro occasionem dedisse videtur controversia circa Sixti V. tempora oborta. Eruditissimo P. Petro Lazero Societatis Nostræ debeo latentis libri notitiam.

Fini (Balthasar)

Apud Merlinium extant Pistorii aliqua hujus opuscula.

Finugi (Hieronymus)

Hic est Hieronymus Pistoriensis, de quo ista Oldoinus: Prudentia, doctrina, morum integritate, ac prædicatione illustris; primo conjugatus, deinde Minorum Observantium, mox Cappuccinorum sectator, insignis concionator, & B. Pii Quincti Theologus. Interfuit Concilio Tridentino, in quo pro Religionis suæ habitu fortiter, docteque decertavit, nonnullosque ad Patres sermones habuit. Scripsit de quantitatibus, rerumque distinctionibus opus Romæ editum a. 1570; librum sermonum (XXII) in quo acute de variis Christianæ fidei mysteriis, ac præsertim de prædestinatione differit, Bononiæ 1567; concionum partem primam, & secundam, Venetiis apud Hieronymum Scottum. Quum, ut aliqui ferunt, Cardinalitiam dignitatem a Pio V. oblatam recusasset, obiit apud Cretenses sub annum 1571. peste laborantibus inserviens. Ejus corpus Casertam translatum opera Julii Sanctorii Cardinalis S. Severinæ, apud suos Consodales, erecto per eumdem Cardinalem tumulo, sepultum fuit. De hoc Wadingus de Script. Ord. Min., Michael Abbas Justinianus in Catalogo illorum, qui interfuerunt Concilio Tridentino. Arturus a Monasterio in Martyrolog. Franciscano sub die 29. Novembr., *Boverius* in annal. Cappuccin. *Fossinianus* lib. III. hist. Seraph., *Gonzaga* part. 1. ubi agit de Script. Francisc. Willotus in Athenis Orthodoxis S. Francisci, *Possevinus* in suo Apparatu, *Genonus* in Chronico SS. Deiparæ Sec. XV. ad ann. 1570. Hactenus Oldoinus.

His adde Dondorium p. 286. & Fr. Dionysium Genuensem *in Biblioth. Scriptor Cappuccin.* qui etiam *conciones quatuor recenset de immaculata Conceptione Beatiss. Virginis Mariæ* Neapoli editas 1564 S Bonaventuræ opera jam apud homines senescentia, ac fere vetustate consumpta Hieronymi studio & solertia iterum in lucem revocata, prælo mandata, atque ab interitu vindicata, Pio V. Summo Pontifice, idem Cappuccinorum Bibliothecarius commemorat. *In collectione judiciorum de novis erroribus*, auctore Carolo du Plessis d'Argentré T. II. pag. 241. olim legi, servari in Tabula-

rio

Digitized by Google

rio Sacræ Pariſinæ Facultatis plura monumenta propoſitionum a Fratribus Minoribus contra fidem Catholicam prædicatarum, atque in his a Fr. Hieronymo de Piſtorio a. 1547. Qui quidem num hic noſter ſit, definire non auſſim, quum collectionis illius nunc mihi copia non ſit.

Fioravanti (Jacobus)

Suis litteris Italica lingua in lucem editis a. 1648. *in Patria per Antonium Fortunatum, Sodalibus S. Antonii Patavini ſacravit diſcurſum de laudibus ejuſdem Sancti habitum a Philippo Piccinello Canonico Regulari Lateranenſi die* XV. *Februarii in Translatione Reliquiarum.* Oldoinus.

Fioravanti (Joh. Baptiſta)

E Societate Jeſu. Edidit Orationem de Paſſione Domini ad Urbanum VIII P. M. typis Vitalis Maſcardi Romæ evulgatam anno 1641. Oldoinus.

Fioravanti (Paullus)

In Piſana Academia Legum Interpres a. 1526. edidit librum *de cautelis Juris*. Dempſterus de *Etruria Regali* T. II. c. 13. & Dondorius pag. 352. ejus meminere.

Forteguerra (Antonius)

Canonicus Piſtorienſis Eccleſiæ, litteriſque humanioribus, ac legum ſcientia inluſtris. A Pio III., cui adprime carus fuerat, Romam adcitus eſt; nec dubitandum, quin ab eo Pontifice in Cardinalium numerum cooptatus fuiſſet, niſi Pii conſiliis, & Antonii gloriæ importuna ipſius Pontificis mors interceſſiſſet. In patriam rediens domos, atque adeo Xenodochium ipſum SS. Lazari, ac Magdalenæ, quod Rector adminiſtrabat, in civilibus illis anni MD. Cancellerios inter, & Panciaticos bellis dirutum incenſumque non exiguis ſumptibus inſtauravit. Tandem abiit ad plures XII. Kal. Febr. a. CIↃIↃXXII. ætatis ſuæ LIX., quum III. Nonas Novembris natus fuiſſet anno MCCCLXIII.

Scripſit junior ſatis ſpiſſum Italicorum carminum volumen, quod Nicolaus Fortiguerra a cubiculo Clementis XI. (de hoc mox plura) adſervabat. Tria eius hetruſca epigrammata edidit Creſcimbenius, in *Commentariis* unum, duo in *Arcadiæ* libro. Neque vero illius perhonorifica mentio ſolum apud citatum Creſcimbenium Vol. II. comm. p. II. lib. III. n. LXXXIII., ſed etiam apud Quadrium Vol. II. p. 219.

FOR-

Digitized by Google

FORTEGUERRA (Franciſcus)

Deflevit is hetruſco verſu mortem Odoardi de Caſelinis Aſculani Tribuni militaris ſequutam Bononiæ, dum militiæ Pontificiæ præeſſet. Quæ carmina publici juris facta a Theodoro Libertino fuere eadem in Urbe typis Bartholomæi Cochi 1612. Oldoinus, cujus elogio addenda hæc ſunt.

Fuit Franciſcus Petri Laurentii equitis filius, & Anxure ditionis Pontificiæ Urbe, quam Gubernator adminiſtrabat, deceſſit e vita. Præter carmina ab Oldoino indicata vitam B. Atonis Italice ſcripſit, ac Florentinis typis emiſit in lucem a. 1608. Vannotio nuncupatam. Ex dedicatoria, ut ajunt, epiſtola diſcimus, Franciſcum in ea hiſtoria concinnanda adjutum fuiſſe quam maxime ex ſchedis Jacobi Fortiguerræ patrui ſui antiquarii celeberrimi. Porro citatus Vannotius *epiſt.* T. II. p. 295. Johannis Baptiſtæ Fideliſſimi hendecaſyllabon recitat in hujus opuſculi laudem. Eidem Vannotio debemus latinam Franciſci noſtri Oratiuncu-lam, quam nomine Auditorum Juriſprudentiæ habuit Bononiæ in Lyceo a. 1614. ad Cardinalem Capponium Legatum item Bononienſem in ejus ad eam Urbem adventu. Nam illam Vannotius recitat T. III. ſuarum epiſtolarum p. 614.

FORTEGUERRA (Johannes)

Quo tempore Notariis malebant, quam Juris Doctoribus adcenſeri nobiles Viri, poſt legum ſtudia Piſis peracta Johannes noſter Notariorum Collegio nomen dedit. Anno autem CIↃIↃXLI. a Magno Hetruriæ Duce Coſmo I. electus eſt Piſtorienſis Civitatis, ut ajunt, Cancellarius, quo munere ad annum 1562. magna ſui nominis commendatione functus eſt. Sæpius in Patria *Vexillifer juſtitiæ, & Populi Piſtorienſis* eſt renunciatus. Mariæ Ambroſii Viſconti matrimonio junctus ex ea filios quatuor, qui tenella adhuc ætate ad ſuperos evolarunt omnes, filiaſque octo ſuſcepit. Anno demum ætatis ſuæ LXXIV. v. Kal. Junias a. 1582. ex mortali vita migravit homo eloquentiſſimus.

Scripſit pereleganti ſtylo libellum, cui titulus: *Novelle per Ser Giovanni Forteguerra da Piſtoja*. Quarum quidem narrationum undecim numero autographum ipſum (quod ex lituris collegiſſe non male mihi videor) Thomas Turlinius Piſtorii adſervat. Quo illas tempore Johannes abſolverit, non ita certum. Illud conſtat annum inter 1441. & 1561. eas fuiſſe ab ipſo compoſitas; nam in dedicatione operis Franciſco Mediceo inſcripti Johannes ſe *Cancellarium Civitatis Piſtorii* adpellat.

Digitized by Google

Forteguerra (Johannes Baptiſta ſenior)

Scipioni Carteromacho patruo ſuo non tam Prioratus S. Mariæ de Aliana, ac S. Petri Majoris Cappellaniæ (quod vulgo dicunt) quam caſtiſſimorum morum, doctrinæque ſucceſſor, Romæ auditor fuit, & familiaris Cardinali de Gaddis. Obiit annos natus xxxii. communi patriæ, ſuorumque omnium mœrore.

Septem comœdias vincta numeris oratione conſcripſit, quæ Romæ, Bononiæ, Piſtorii maximo plauſu actæ ſunt.

Forteguerra (Joh. Baptiſta junior)

Præſtantiſſimus hic Vir Jureconſultus egregius, egregius poeta a Cardinale Farneſio Avenionem miſſus eſt a. 1560., ut a conſiliis eſſet Johanni Petro ejus in ea Urbe Generali Vicario; tum ab Alexandro Guidiccionio Lucenſi Epiſcopo, qui vicem ibi Legati tenebat, electus fuit Duumvir S. Petri juri dicundo, quæ auctoritatis magnæ, decoriſque ampliſſimi dignitas eſt. Quum vero in Guidiccionii locum deinde ſuffectus fuiſſet Firmanorum Antiſtes Laurentius Lentius, idemque Pontificius in Galliis Legatus, hic Civium omnium conſenſione Johannem Baptiſtam juſſit in eodem munere menſibus xviii. perſtare. Interea a Pio V. Locumtenens, ac generalis Dux miſſus fuit Fabricius Sorbellonius Mediolanenſis. Huic igitur datus eſt Johannes Baptiſta in bellicis rebus auditor generalis. Annis duobus, ac menſibus omnino ſex exactis a Cardinale Farneſio Locumtenens, ac Vicarius generalis Abbatiæ, cui *Magnæ Sylvæ* nomen præficitur apud Vaſcones, ibique ſex itidem ſupra biennium menſibus magno vitæ diſcrimine præfuit. Nam Hugonotti, a quorum vi, atque violentia jura Cardinalis ſui, Abbatiæque prædia ſtrenue defenderat, ipſi non ſemel inſidias ſtruxere. Tandem Cardinale adnuente in Patriam rediit ſeptennio poſtquam inde diſceſſerat. At Romam poſtea profectus ab eodem Cardinale ad Montem Regalem Siciliæ Urbem Auditor mittitur. Triennio poſt in patriam iterum ſe recepit, atque Artemiſiam Ludovici de Bancheriis filiam duxit. Multis ibi, iiſque honorificis muneribus functus, e vivis exceſſit v. nonas Octobris a. 1593. ætatis ſuæ lxviii.

Scripſit carmina non ita pauca de laudibus plurium Principum, ac feminarum inluſtrium. Pillius inter Cini hetruſca epigrammata unum edidit noſtri Johannis Baptiſtæ. E Græca in Latinam, tum etiam in Italicam linguam convertit Ariſtophanis Comœdiam *Pluto* inſcriptam. Quæ omnia, ac Satiram præterea unam ſervabat Clariſs. Præſul Nicolaus Fortiguerra. Vertit etiam Italice Toloſatis Parlamenti ſententiam

Gallice

Digitized by Google

Gallice editam in cauſſa iis temporibus percelebri, quam etiam adnotationibus inluſtravit. Vide Creſcimbenium *Comment.* Vol. I. p. 406. & Vol. IV. lib. II. Cent. II. n. XXII. & Quadrium Vol. II. p. 238.

FORTEGUERRA (Michael)

Venetiis, & Mantuæ diu commoratus eſt, ibi a Clariſſima Cornelia Gente, heic a Gonzagis honorifico ſtipendio conductus humaniorum litterarum Magiſter. Romam deinde venit, ubi in Urbis depopulatione captus. A Cardinale Mantuano redemptus Piſtorium remeavit, ibique Coſmo Hetruriæ Duce favente Græcas, Latinaſque litteras, quibus eruditus erat, docuit magno civium ſuorum emolumento. Quamobrem præcipuis Patriæ honoribus ornatus eſt quam ſæpiſſime. Utinam articulario morbo miſerrime vexatus non fuiſſet! Plura ſane doctrinæ ſuæ monumenta reliquiſſet. Epiſtolas ejus aliquot, & carmina edemus in appendice. Quæ in marmorea tabula Statuæ Nicolai Cardinalis Fortiguerræ ſubiecta leguntur carmina: *Ille ego ſum patriæ verus pater &c.*; Michaelem auctorem habent. Nobis ereptus eſt VIII. Kal. Novembr. quum annum ageret LXIX., filio Scipione juniore relicto.

FORTEGUERRA (Nicolaus Cardinalis)

A nobis hic Piſtorienſium Scriptorum numero adcenſetur, tum ut tanti Cardinalis memoria liber noſter ornetur, cum ob eximiam ipſius doctrinam, ſtudiumque ſummum, quo Piſtorienſium eruditioni conſulere voluit, tum demum quod plures ejus extent, nec ineruditæ epiſtolæ. De Nicolao plura habent Ciacconius, Ughellius, & Dondorius pag. 151. & ſeqq. ubi alios quoque enumerat, qui illius cum laude meminere. Nos ineditam ejus vitam proferemus in appendice ab Johanne Baptiſta Fortiguerra, de quo nuper diximus, Italice conſcriptam.

FORTEGUERRA (Nicolaus junior)

Tum rebus Philoſophicis, ac Theologicis, Juriſque peritia, cum etiam elegantioribus præſtitit litteris Nicolaus, excoluitque ingenium Poeſi, qua Latine perinde atque Italice valuit. Romæ, quo adoleſcens eſt profectus, multoties utriuſque facultatis privatim ac publice ſpecimen edidit; neque ſemel lectiſſima inſignium Virorum ſpectante corona, variæ doctrinæ, exquiſitæque eruditionis præbuit experimenta, quibus laudes eximias retulit; Arcadum quoque celeberrimæ Academiæ meruit adnumerari. A Clemente XI. P. M. in Pontificiam familiam cooptatus primum Vaticanæ Baſilicæ canonicatu auctus eſt, tum in Prælatorum ordinem adſcitus. Multa ſubinde, eaque gravia munera geſſit, in quibus prudentiæ, dexteritatis,

Digitized by Google

ritatis, aliarumque virtutum argumenta quum edidiſſet, ſecretis Sacræ Congregationis, quam *de propaganda fide* adpellant, renunciatus eſt. Anno XXXIII. ſupra MDCC. Florentiæ degebat; tum autem ad Johannem Gaſtonem Magnum Hetruriæ Ducem litteras dedit Clemens XII. quas, quum Nicolai elogium contineant, recitabimus.

Dilecto Filio Nobili Viro JOHANNI GASTONO Etruriæ ſibi ſubiectæ Magno Duci. CLEMENS PP. XII.

Dilecte fili Nobis Vir ſalutem, & Apoſtolicam Benedictionem. Ad ea, quæ propagandæ Catholicæ fidei utilitas poſtulat, opem, & auctoritatem Nobilitatis tuæ libenter advocamus. Cum igitur Haidarus Emir ſive Dux Druſiorum in Phænicia infidelitatis licet tenebris obvolutus, in Chriſtianos tamen, eorumque rationes, Apoſtolicas præſertim Miſſiones, quæ in eius ditione libere exercentur, valde propenſus de ſumma pecuniæ ſibi debitæ, quam jamdudum menſæ montis Pietatis Florentiæ ad uſuram crediderat Facreddinus, cujus legitimus & unicus heres eſt, partem piis operibus a Venerabilibus Fratribus noſtris S. R. E. Cardinalibus Congregationis negociis propagandæ fidei præpoſitæ impendendam donaverit, & addixerit; Nobilitatem tuam rogamus, & petimus, ut dilectum Filium Magiſtrum Nicolaum Fortiguerra a ſecretis ejuſdem Congregationis genere, virtute, doctrinaque conſpicuum iſthic degentem ea de re fuſius diſſerentem benigne audire, & mandata, quæ juſtitiæ erga eumdem Ducem conſentanea, & piæ cauſſæ opportuna eſſe perſpexeris, dare digneris. Inſignis autem pietas Nobilitatis tuæ, in qua memoratus Dux ſpem collocavit pro veteri mutua voluntate, quam majores ſui cum inclyta Domo tua colere ſtuduerunt, & qua Nobilitas tua facta omnia, & conſilia illuſtrare geſſit, officiis quoque noſtris optatum ſucceſſum pollicetur; ac tibi, dilecte fili Nobilis Vir, Apoſtolicam Benedictionem ex animo impertimur.

Datum Romæ die 25. Julii 1733.

Interea in morbum incidit Nicolaus, a quo diu, moleſteque vexatus vita demum deceſſit die 17. Menſis Februarii a. 1735. Vide Creſcimbenium Comment. Vol. II. p. 2. lib. 6. n. LXXXII. & in Arcad. In Arcadum vitis extabit ejus memoria; at illæ mihi ad manus non ſunt.

Edidit I. Latinam Orationem, de qua Cinellius in Biblioth. noviſs. edit. Venetæ T. II. p. 332., *in funere Innocentii* XII. P. M. *ad Emin. & Reverend.* S. R. E. *Cardinales* habitam in Vaticana Baſilica Romæ 1700.

II. Orationem Italicam, cujus item mentio apud Cinellium, & in Diario litteratorum Italiæ T. VIII. p. 451. Hic ejus titulus: *Orazione dell' Illuſtriſs. e Reverend. Monſ. Niccolò Forteguerri Patrizio Piſtojeſe e Cameriere d' onore della Santità di N. S. Papa Clemente XI., detta in Campidoglio nell' Accademia del diſegno l' anno* 1711. *in Roma per Gaetano Zanobi*. 4.

III. Laudatus Creſcimbenius profert Italicum Nicolai noſtri epigramma.

Poſthuma hæc ſunt. I. *Le Commedie di Terenzio tradotte in verſo ſciolto da M. Niccolò Forteguerri coi prologhi fatti in iſdrucciolo, con le figure, e Maſchere degli Attori*. Urbini 1737. f. De hac vere magnifica editione loquuntur Fontaninius in libro *dell' eloquenza Italiana*

Digitized by Google

Italiana pag. m. 444., nova acta Lipſienſia ejus anni 1737. p. 97. Quadrius Vol. III. lib. II. diſt. I. c. III. p. 79. Recuſum eſt hoc opus Venetis formis a. 1748. Vide hiſtoriam litterariam Italiæ T. I. pag. 271.

II. *Ricciardetto di Niccolò Carteromaco, in Parigi* (Venetiis) *a ſpeſe di Franceſco Pitteri* 1738. 4. ac deinde *in* 12. Adi Quadrium Vol. IV. p. 573.

Compendium hiſtoriarum,& actorum Sacræ Congregationis *de propaganda fide* juſſu Benedicti XIII.confecit,quod in Vaticanam Bibliothecam inlatum eſt.

Forteguerra (Petrus Laurentius)

Auditor Rotæ Bononiæ a. 1614., de quo Vannotius T. III. epiſtol. p. 792. Extat ejus epiſtola ad Hieronymum Baldinottum T. II. *admonitionum* ejuſdem Vannotii. Habuit etiam Piſis xxv. Aprilis a. CIↃIↃXCIII. in generalibus Comitiis Equeſtris Ordinis S. Stephani Italicam Orationem quam Florentiæ editam fuiſſe teſtificatur Cinellius T. II. noviſs. edit. p. 333.

Forteguerra (Philippus)

In MSS. Merlinii codicibus habentur aliquot ejus hetruſca carmina.

Forteguerra (Scipio)

Vide appendicem.

Forteguerra (Sebaſtianus)

Canonum in Collegio Germanico Romæ profeſſor. Vannotius T. III. epiſt. p. 711. Orationem *de amicitia* compoſuit, qua de agit idem Vannotius T. II. epiſt. p. 96. Ludovicus Theſaurus Taurinenſis Patricius ediderat Venetiis 1614. librum prænotatum: *Ragioni in difeſa d'un Sonetto del Cav. Marini*. His rationibus obſtitit Ferrantes de Carolis libro Bononiæ divulgato ipſo illo anno 1614., quem inſcripſit: *Eſamina del Conte Andrea dell' Arca intorno alle ragioni del Conte Ludovico Teſauro in difeſa d'un Sonetto del Cav. Marino*. Theſaurus continuo reſpondit erudito adverſario, librumque oppoſuit Taurini impreſſum eodem anno, hoc titulo: *Annotazioni intorno all'eſamina di Ferrante Carlo pubblicata ſotto nome del Conte Andrea dell' Arca*. Sed & alii calamum pro Theſauro tractarunt, Franciſcus Dulcius, Johannes Capponius, Johannes Aloyſius Valeſius, ac denique (cujus cauſſa hæc narravimus) Sebaſtianus noſter. Itaque Bononiæ ex typographio Victorii Bennacii librum a. 1614. emiſit in lucem inſcriptum: *Lettera del Sig. Sulpitio Tanaglia in materia dell' eſamina del Conte Andrea dell' Arca &c.* Hæc ex *Syllabo Scriptorum Pedemontii auctore D. Andrea Roſſetti a Monte Regali* p. 407.

Forteguerra (Sylvius)

Hiſtoriæ ſtudio,hiſtoricorumque Livii, Appiani Alexandrini, Cæſaris, Plu-

tarchi,

Digitized by Google

tarchi, Valerii Maximi, & Q. Curtii lectione maxime delectabatur. Poeticæ quoque facultati operam dedit, Dantem præcipua quadam colens observatione. Patriæ magistratibus non semel defunctus vitam cum morte commutavit XII. Kal. Januarii 1551. quum IV. Kal. Octobr. a. CIↃCCCCLXXXVI. natus fuisset. Carmina Italica fudit facili vena non ita pauca.

Franchi (Andreas)

Andreas de Boccagnis, sive de Franchis Pistorienſis Dominicanus, & Patriæ Antistes ab Urbano VI. P. M. renunciatus est post annum 1377. Vir morum gravitate, adquisitisque animi dotibus quamplurimis decoratus. Inter alia sui ingenii, & doctrinæ monumenta sunt sermones totius anni tam Dominicales, quam Quadragesimales: Item Sermones de Sanctis totius anni, & Sermones quatuor pro unaquaque die Sanctorum occurrentium in Quadragesima. Vitam produxit ex Ughellio usque ad annum MCCCC., quo per Procuratorem Episcopatui nuncium remisit, decessitque eodem anno, & sepultus apud Patres Prædicatores: ubi in marmoreo sepulcro hoc est excisum Epitaphium.

Antistes plebem qui rexit Pistorienſem,
Andreas vitæ cunctis exemplar honestæ,
Et pius & mitis, divino dogmate clarus,
Hac sub mole jacet, sed mens super astra volavit
Annus millenus quadringentenus in orbe
Tunc, Maij bis dena dies, & sexta fluebant.

De hoc præter laudatum Ughellium tractant Alphonsus Fermandez in Concert. Prædic. Castillus Centuria II. *lib.* I. *cap.* XXXI. *Maraccius in Biblioth. Mariana, Antonius Senensis, & Altamura in Biblioth. Dominic. Plodius part.* II. *lib.* I. Oldoinus.

Nos de eo agemus in Catalogo Pistorienſium Episcoporum, quem anecdotis medii ævi brevi edendis subijciemus. Interea adi Dondorium p. 219. & 335. Fabricium in Biblioth. med. & inf. latinit. l. I. p. 250., & Echardum in Bibl. PP. Predic. T. I. p. 717. qui Andream scribit tantummodo post diem IX. April. MCCCLXXVIII. ad Pistorienſem Episcopatum fuisse promotum per translationem decessoris sui Johannis ad Corvienſem sedem.

Franchi (Dominicus)

Pisis Philippum Decium audivit in ejus Urbis Lyceo publicum legum interpretem. Volumen eius epistolarum elegantissimarum MS. vidit Vannotius, qui unam inde latinam excerpsit, divulgavitque T. II. *epist.* p. 122. Bartholomæo Baldinotto scriptam *ex Tizzana pridie nonas Aprilis* 1486. Ex his epistolis plures ad Nicolaum patrem missæ sunt, ceteræ præclarissimis sui temporis civibus inscriptæ, cujusmodi Michael Fortiguerra, Jacobus Melochius &c.

FRANCI

Digitized by Google

Franci (Laurentius)

Auguſtinianus Eremita concionator, & doctor egregius, dignuſque qui Hetruſcæ ſui Ordinis Provinciæ univerſæ præficeretur. Vivebat, quo tempore Salvius Tomum III. hiſtoriarum ad finem perduxit; ibi enim p. 315. ejus etiamtum viventis cum laudis ſignificatione meminit.

Edidit I. Curſus Philoſophici partem primam Bononiæ 1649. 4.
II. Italicam Orationem *de laudibus S. Auguſtini* Romæ 1653.

Frosini (Franciſcus)

Natus eſt Piſtorii a. CIↃIↃCLIII. XI. Kal. Aprilis e nobiliſſima Comitum Froſinorum gente. Litteris præclaram adoleſcens navavit operam. Romam cogitans Gherardi Gherardij Piſtorienſis Epiſcopi; quem obſervabat maxima, conſilio in patria urbe perſiſtit. Tum ſacris Ordinibus initiatur. Principis deinde patrii templi canonicus Pœnitentiarius, & ſede per Leonis Strozzii ad Florentinum Archiepiſcopatum translationem vacante Vicarius Capitularis renunciatur; mox Piſtorienſis Epiſcopus. Ad Piſanam demum Sedem translatus eſt, qua dignitate, atque adeo vita defunctus eſt octogenarius a. 1733. x. Kal. Decembris. Pluribus litteratorum hominum cœtibus, ac præſertim Academiæ Florentinæ adſcriptus fuit Præſul doctiſſimus. Eum in Piſtorienſium Epiſcoporum Catalogo iterum ornabimus elogio. Vide interea Coleti additiones ad Ughellium, Orlendii Orbem ſacrum & profanum T. II. ubi de Piſanis Archiepiſcopis, Salvinium Salvinium Canonicum eruditiſſimum in Lautentii Magalotii vita, atque in Faſtis Conſularibus Academiæ Florentinæ, ac præfationem typographi ad vitam Gherardi Gherardij Piſtorienſis Epiſcopi, quam paullo poſt indicaturi ſumus.

Edidit I. *Diſcorſo funebre in occaſione della morte dell' Emin. Jacopo Roſpiglioſi recitato dall' Illuſtriſs. Sig. Giuſeppe Ignazio Celli nella Chieſa di S. Franceſco Maggior di Piſtoja l' anno* 1684.

II. *Il Conte di Bacheville, Oratorio recitato in Piſtoja* l' anno 1696. 4. De hoc Cinellius T. II. *noviſs. edit.* p. 352.

III. *Geſu Crocifiſſo, Sonetti; Centuria* I. & II. Volumina duo Piſtorii CIↃIↃCC.

IV. *Synodum Diœceſanam* 1708. Piſis 1708.

V. *S. Ranieri eſpoſto alla pubblica divozione da un ſuo divoto, nel raccoglicre tutto quello, che può di più notabile ricavarſi dagli Scrittori della ſua vita.* Lucæ 1717. Vide Diar. litter. Ital. T. XXXII. p. II. pag. 394.

VI. Secundam Synodum Diœceſanam habitam 1717. Piſis 1721.

VII. Tertiam Synodum Diœceſanam a. 1726. Piſis 1728.

VIII. *Diſſertationem hiſtoricam, canonicam, legalem, in qua veterem Eccleſiæ Piſanæ traditionem de appulſu D. Petri ad littus Piſanum illuſtrat* (utinam & criticis perſuaſiſſet!) Orlendius intulit in ſecundum *Orbis ſacri & profani* volumen.

Digitized by Google

IX. Posthuma est, quam ceterequi Canonicus Pistorienſis ſcripſerat, *Vita di Monſ. Gherardo Gherardi*. Florentiæ 1736. 4.

Frosini (Franciſcus)

Balthaſaris filius, qui ſeculo XVI. floruit, multaque eruditionis ſuæ non vulgaris monumenta reliquit MSS. Salvio teſte T. III. hiſt. p. 235. ad a. 1608. Vide & Diarium Litteratorum Italiæ T. XX. p. 290.

G

dal Gallo (Manfredus)

MErlinius ſervat Piſtorii MS. ejus opuſcula.

Gattesca (Candida)

Andreæ Alluminati uxor venuſtate æque ac prudentia inſignis XVI. ſeculo floruit. De ea Creſcimbenius T. IV. Comment. l. II. Cent. II. n. XXXVIII. & Quadrius vol. 2. p. 362. Exſtant Italica præclaræ hujus feminæ carmina in libro aliàs a nobis citato, cui titulus: *Rime diverſe d' alcune nobiliſſime e virtuoſiſſime Donne, raccolte per M. Lodovico Domenichi*. Lucæ 1559.

Gatteschi (Vincentius)

Edidit *delle rime* partem primam Florentiæ 1611. Vidi ego apud Thomam Turlinium Piſtorii alia plura ejuſmodi carmina MSS., quæ auctor XI. Januarii 1599. prælo paraverat. Juſti Lipſii politica Italice vertit; ſed inedita adhuc ſunt. Dondorius p. 355.

Gerbi (Evangeliſta)

Marcellinus Piſtorienſis Ordinis Minorum de Obſervantia, defunctus Romæ 3. Februarii 1593. ſcripſit coronam XII. ſtellarum Venetiis evulgatam 1589. Commentaria ſuper Canticum *Magnificat*. De hoc Maraccius in Biblioth. Mariana. *Oldoinus, nimis jejunæ*.

Jacobus Perius, qui plura ejus poſtuma opera divulgavit, vitam quoque deſcripſit Martyrologio Franciſcano adſcriptus eſt Evangeliſta; quod etiam vide. Dondorius de eo copioſe p. 302. ad 312.

En Catalogum operum.

I. Della Converſione del peccatore a Dio libri due, con l'annotazioni non più ſtampate del R. P. Fr. Evangeliſta Marcellino. *Florentiæ* 1578. *in* 12. *Cinellius hos enumerat T. III.* noviſſ. edit. *p.* 270.

II.

Digitized by Google

II. Le cinque meditazioni sopra i cinque giorni della Creazione del mondo. *Camerini* 1579.

III. Breve esposizione del Salmo LXVII. di David, colla traslazione letterale in versi: *ibidem eodem anno*.

IV. Lezioni XI. sopra Giona profeta. *Bononiæ* 1579.

V. Delle virtù; Dialoghi XII. *Florentiæ* 1580.

VI. Della vanità del mondo Dialoghi XII., con un Dialogo della povertà. *Camerini* 1580.

VII. Sermoni XV. sopra il Salmo CIX. fatti agli Ebrei di Roma. *Florentiæ* 1583.

VIII. Lezioni XII. sopra Abacuc Profeta: *ibidem* 1585.

IX. Predica del Venerabile Sacramento fatta nel Duomo di Firenze 1585. *Ibidem eodem anno*.

X. Lezioni sopra la Cantica. *Florentiæ* 1599.

XI. Annotazioni sopra la Storia di Giudit. *Florentiæ* 1622.

XII. Dieci lezioni sopra la *Magnificat*. *Ibidem*, *eodem anno*.

Hæc nos vidimus; cetera ex Dondorio adscribemus.

I. Lezioni sopra Tobia. II. Lezioni sopra Ruth. III. Lezioni sopra Daniele. IV. Lezioni sopra Malachia. V. Lezioni sopra Zaccheria. VI. Lezioni sopra l'Epistola agli Hebrei. VII. Lezioni sopra l'Apocalisse. VIII. Lezioni sopra il *Benedictus*. IX. Prediche della Passione fatte in Napoli, Roma, e Fiorenza. X. Corona di XII. stelle per la B. V. dell'Empireo Regina. XI. Ragionamento fra l'huomo, e l'Angelo suo Custode, Dialoghi tre. *Pistorii*.

Exstat ejusdem Evangelistæ opus Italicum quatuor in libros distributum, atque inscriptum: *della Metamorfosi, cioè trasformazione del virtuoso* sub ementito nomine Laurentii Selva Pistoriensis quod neque ab Oldoino, neque ab Haymio in Biblioth. Italica video animadversum. Hujus libri Urbevetanam editionem a. 1582. 4. memorat citatus Haymius p. m. 147. Oldoinus vero Florentinam a. 1608. apud Junctas. Vidi ego Florentinam aliam editionem ex eodem Junctarum typographio a. 1583. & Venetam a. 1616.

Tandem moneo, F. Cosmum Sansonetti Marcellinum Minorum de Observantia a. 1607. patrui sui Evangelistæ opuscula duo ad Vannotium misisse.

Gheri (Cosmus)

Gori, seu Gregorii Fanensis Episcopi nepos, nobilis indolis juvenis, ac non mediocris eloquentiæ Orator, a Clemente VII. Mediceo annum agens ætatis septimum & decimum ex privilegio electus fuit item Fanensis Episcopus die XIV. mensis Junii a. 1530. Fallitur Dondorius, qui res a Cosmo gestas fuse persequitur p. 269., & seqq., dum p. 280. iis adsentitur, qui biennio ante electum putant. Nam Gregorium inter & Cosmum a 17. Februarii a. 1528. ad ann. 1530. Fanestrem administravit

nistravit Ecclesiam Hercules Cardinalis Gonzaga. Quanta apud litteratos quosque viros Cosmi esset existimatio, ostendunt, quæ de illo memoriæ prodiderunt Conteraneus, Polus, Bembus, Sadoletus Cardinales immortalitate dignissimi, Johannes Casa, Jovius, Victorius, Barbarus, Rambertus, Pierius, qui librum unum *Hieroglyficorum* ipsi inscripsit. Adde his Ughellium *in Fanensibus Episcopis* T. I. c. 668. *novissima edit.*, Quirinum ætatis nostræ decus Eminentissimum in Diatribis ad Poli & Contareni epistolas, & in libro *de gestis Pauli* III. *cap.* 11. *pag.* 23., ubi eum adpellat *Laudatissimum Fani Antistitem*. Verum *consummatus in brevi explevit tempora multa*, cum singulari doctorum Virorum dolore excedens e vivis anno ætatis suæ XXIV. salutis vero 1537. Hujus obitum quam moleste tulerit in ceteris Benedictus Rhambertus, docet epistola *Philippo Gerio fratribusque* inscripta inter *epistolas clarorum Virorum* Venetiis editas a. 1568. pag. 46. Tumulatus est in principe Fani Fortunæ templo, hac addita epigraphe:

Cosmo Gerio Pistoriensi, Fani Episcopo electo moribus, pietate, & liberalibus disciplinis ornatissimo, summo apud omnes bonos in amore & honore, qui vixit annos XXV. *Mens.* I. *D.* XXIV. *obiit* VIII. *Kal. Octobr.* M.D. XXXVII.

Frustra Dondorius Cosmum non electum tantum, sed etiam inauguratum Fanensem Episcopum fuisse contendit, quod postquam Patavii diu commoratus fuit primum litterarum, deinde etiam valetudinis caussa, tandem ante diem Kal. Nov. a. 1536. Fanum Fortunæ se contulerit, suæque diœceseos rationes fideliter, & studiose cœperit administrare. Nam electos tantum Episcopos in sua Diœcesi constitisse, eamque rexisse coram, quis nesciat?

Scripsit *de duplici lumine* opusculum, & imperfectos in Evangelia commentarios.

Italicæ ejus epistolæ duæ ad Rhambertum Patavii datæ, altera XVIII. Augusti 1534. altera 31. Augusti 1536 exstant tum in libro secundo Italicarum epistolarum *di diversi nobilissimi huomini & eccellentiss. ingegni scritte in diverse materie*, ab Aldi filiis editarum Venetiis a. 1548. p. 27. & 28., cum in libro inscripto: *Scelta di lettera del Sig. Bartolommeo Zucchi da Monza*, ac Venetiis excuso a. 1595. part. 1. pag. 471. & 472 Latine autem novem ad Bernardinum Mapheum, ad eumdem Rhambertum, ad Cardinalem Contarenum, ad Cardinalem Theatinum, ad Gibertum Veronensium Episcopum, ad Paullum III. P. M., ad N.N. Apostolicum Protonotarium, editæ sunt in *epistolis* nuper citatis *clarorum Virorum*, quæ Coloniæ etiam recusæ sunt a. 1586.

GHERI

Digitized by Google

Gheri (Philippus)

Ex Epiſcopo Iſclanenſi Antiſtes Aſſiſii a. 1564. renunciatus, Concilium Tridentinum adiit, ut ſuo ſuffragio Eccleſiæ Catholicæ adjumento eſſet; pollebat enim pietate, & doctrina. Legatione functus eſt apud Maximilianum Romanorum Regem pro concilio. Genuæ eſſe deſiit inter mortales a. 1575., ad quam Urbem Gregorii XIII. P. M. juſſu cum Cardinali Morono Legato ſe ſe contulerat. Hujuſce Viri epiſtolam ſummis & debitis laudibus extollit Petrus Bembus, quæ exſtat in Vaticana Bibliotheca. De hoc Euſtachius Confidatus Dragonus in litteris, Ferdinandus Ughellius T. 1. Ital. Sacr. (*c.* 484. *noviſſ. edit.*) Michael Juſtinianus in Syllabo eorum, qui interfuerunt Concilio Tridentino. *Oldoinus*.

Contareno familiaris fuit, Bembo, Morono Cardinalibus, Benedicto Rhamberto, & M. Antonio Flaminio, cujus illud carmen ad Gherium noſtrum.

Quid rerum perit, o venuſte Gheri &c.

Dondorius p. 281. teſtificatur, in Cappuccinorum Piſtorienſium Bibliotheca exſtare volumen ejus opuſculorum Græcorum, Latinorum, atque hetruſcorum.

Gheri (Vincentius)

Ejus meminit M. Antonius Flaminius, Maraccius in *Biblioth. Marian.*, & Dondorius p. 355. Edidit autem I. *Il Pater noſter ridotto in* XI. *Meditazioni*. Bononiæ 1587. II. *Ghirlanda della B. V. N. S.* Bononiæ eodem anno. III. *Diſcorſi sù Vangeli della Quareſima*. Bononiæ 1593.

Ghirlandi (Franciſcus Maria)

Ferdinandus Ghirlandi Ordini Minimorum S. Franciſci de Paula adſcriptus eſt, Franciſci Mariæ adſumpto nomine. Pluribus doctorum Virorum cœtibus, quos Academias dicimus, ob egregiam Doctrinam ad cenſus, atque in his Apatiſtarum, Conſultor ſanctæ Inquiſitionis, atque præſtantioribus Ordinis ſui dignitatibus inſignitus obiit XVI. Kal. Apr. a. 1726. Edidit.

I. Ghirlanda d'affetti poetici al ſacro Cuor di Geſu. *Piſtorii* 1702.

II. Ghirlanda d'affetti poetici al ſacro Cuor di Maria. *Ibidem* 1704.

III. Corona Poetica di XII. ſtelle all'incoronazione della Madonna dell'Umiltà di Piſtoja. *Lucæ* 1716.

IV. Poeſie Morali e ſagre. *Florentiæ* 1723. *De his Diarium litterat. Ital. T.* XXXV. *p.* 429.

V.

Digitized by Google

nistravit Ecclesiam Hercules Cardinalis Gonzaga. Quanta apud litteratos quosque viros Cosmi esset existimatio, ostendunt, quæ de illo memoriæ prodiderunt Conteraneus, Polus, Bembus, Sadoletus Cardinales immortalitate dignissimi, Johannes Casa, Jovius, Victorius, Barbarus, Rambertus, Pierius, qui librum unum *Hieroglyficorum* ipsi inscripsit. Adde his Ughellium *in Fanensibus Episcopis* T. I. c. 668. *novissima edit.*, Quirinum ætatis nostræ decus Eminentissimum in Diatribis ad Poli & Contareni epistolas, & in libro *de gestis Pauli* III. *cap.* 11. *pag.* 23., ubi eum adpellat *Laudatissimum Fani Antistitem*. Verum, *consummatus in brevi explevit tempora multa*, cum singulari doctorum Virorum dolore excedens e vivis anno ætatis suæ XXIV. salutis vero 1537. Hujus obitum quam moleste tulerit in ceteris Benedictus Rhambertus, docet epistola *Philippo Gerio fratribusque* inscripta inter *epistolas clarorum Virorum* Venetiis editas a. 1568. pag. 46. Tumulatus est in principe Fani Fortunæ templo, hac addita epigraphe:

Cosmo Gerio Ristoriensi, Fani Episcopo electo moribus, pietate, & liberalibus disciplinis ornatissimo, summo apud omnes bonos in amore & honore, qui vixit annos XXV. *Mens.* I. *D.* XXIV. *obiit* VIII. *Kal. Octobr.* M.D. XXXVII.

Frustra Dondorius Cosmum non electum tantum, sed etiam inauguratum Fanensem Episcopum fuisse contendit, quod postquam Patavii diu commoratus fuit primum litterarum, deinde etiam valetudinis caussa, tandem ante diem Kal. Nov. a. 1536. Fanum Fortunæ se contulerit, suæque diœceseos rationes fideliter, & studiose cœperit administrare. Nam electos tantum Episcopos in sua Diœcesi constitisse, eamque rexisse coram, quis nesciat?

Scripsit *de duplici lumine* opusculum, & imperfectos in Evangelia commentarios.

Italicæ ejus epistolæ duæ ad Rhambertum Patavii datæ, altera XVIII. Augusti 1534. altera 31. Augusti 1536 exstant tum in libro secundo Italicarum epistolarum *di diversi nobilissimi huomini & eccellentiss. ingegni scritte in diverse materie*, ab Aldi filiis editarum Venetiis a. 1548. p. 27. & 28., cum in libro inscripto: *Scelta di lettera del Sig. Bartolommeo Zucchi da Monza*, ac Venetiis excuso a. 1595. part. 1. pag. 471. & 472 Latine autem novem ad Bernardinum Mapheum, ad eumdem Rhambertum, ad Cardinalem Contarenum, ad Cardinalem Theatinum, ad Gibertum Veronensium Episcopum, ad Paullum III. P. M., ad N.N. Apostolicum Protonotarium, editæ sunt in *epistolis* nuper citatis *clarorum Virorum*, quæ Coloniæ etiam recusæ sunt a. 1586.

GHERI

Digitized by Google

Gheri (Philippus)

Ex Epiſcopo Iſclanenſi Antiſtes Aſſiſii a. 1564. renunciatus, Concilium Tridentinum adiit, ut ſuo ſuffragio Eccleſiæ Catholicæ adjumento eſſet; pollebat enim pietate, & doctrina. Legatione functus eſt apud Maximilianum Romanorum Regem pro concilio. Genuæ eſſe deſiit inter mortales a. 1575., ad quam Urbem Gregorii XIII. P. M. juſſu cum Cardinali Morono Legato ſe ſe contulerat. Hujuſce Viri epiſtolam ſummis & debitis laudibus extollit Petrus Bembus, quæ exſtat in Vaticana Bibliotheca. De hoc Euſtachius Confidatus Dragonus in litteris, Ferdinandus Ughellius T. 1. Ital. Sacr. (*c.* 484. *noviſſ. edit.*) Michael Juſtinianus in Syllabo eorum, qui interfuerunt Concilio Tridentino. *Oldoinus*.

Contareno familiaris fuit, Bembo, Morono Cardinalibus, Benedicto Rhamberto, & M. Antonio Flaminio, cujus illud carmen ad Gherium noſtrum.

Quid rerum perit, o venuſte Gheri &c.

Dondorius p. 281. teſtificatur, in Cappuccinorum Piſtorienſium Bibliotheca exſtare volumen ejus opuſculorum Græcorum, Latinorum, atque hetruſcorum.

Gheri (Vincentius)

Ejus meminit M. Antonius Flaminius, Maraccius in *Biblioth. Marian.*, & Dondorius p. 355. Edidit autem I. *Il Pater noſter ridotto in* XI. *Meditazioni*. Bononiæ 1587. II. *Ghirlanda della B. V. N. S.* Bononiæ eodem anno. III. *Diſcorſi sù Vangeli della Quareſima*. Bononiæ 1593.

Ghirlandi (Franciſcus Maria)

Ferdinandus Ghirlandi Ordini Minimorum S. Franciſci de Paula adſcriptus eſt, Franciſci Mariæ adſumpto nomine. Pluribus doctorum Virorum cœtibus, quos Academias dicimus, ob egregiam Doctrinam ad cenſus, atque in his Apatiſtarum, Conſultor ſanctæ Inquiſitionis, atque præſtantioribus Ordinis ſui dignitatibus inſignitus obiit XVI. Kal. Apr. a. 1726. Edidit.

I. Ghirlanda d'affetti poetici al ſacro Cuor di Geſu. *Piſtorii* 1702.

II. Ghirlanda d'affetti poetici al ſacro Cuor di Maria. *Ibidem* 1704.

III. Corona Poetica di XII. ſtelle all'incoronazione della Madonna dell'Umiltà di Piſtoja. *Lucæ* 1716.

IV. Poeſie Morali e ſagre. *Florentiæ* 1723. *De his Diarium litterat. Ital. T.* XXXV. *p.* 429.

V.

Digitized by Google

V. Discorso Accademico sopra l'amor di Dio verso di noi; e del nostro verso di lui, del prossimo, e verso di noi. *Florentiæ* 1725.

VI. Meditazioni sopra XL. Salmi di David in rima Lirica, e XV. discorsi morali in stile Accademico. *Pistorii* 1725. 4. *Vide Diar. litter. Ital. T.* XXXVII. *p.* 496.

Ghirlandi (Fulvius)

Plures comœdias edidit. De eo Draudius in Biblioth. Classica, & Dondorius p. 340. Adi etiam Vannotium T. I. epist. p. 239.

Giannotti (Hieronymus)

Ex Ordine Prædicatorum, Hieronymo Savonarolæ æqualis, aut suppar, in quem summo ferebatur affectu, cujus & forte alumnus, ejus conciones *de Providentia Dei* erga electos, quas ille sodalium, & amicorum suasu latina lingua, sed rudiore, simplicique stylo scripserat, Italice vertit, ediditque hoc titulo : *Prediche nuovamente venute in luce dal R. P. F. Girolamo Savonarola da Ferrara dell' ordine de' FF. Predicatori sopra il Salmo* Quam bonus Israel Deus, *predicate in Firenze in Santa Maria del Fiore in uno Advento nel* MCCCCXCIII., *dal medemo poi in Latina lingua raccolte, e da Fra Girolamo Giannotti in Pistoja in lingua volgare tradotte*. Venetiis 1528. Ex Echardo in Bibl. PP. Dominic. T. II. p. 75.

Godemini (Vincentius)

Natus est Pistorii a. 1503. Juri se totum juvenis dedit, in eoque ita excelluit, ut Hippolytus Cardin. Mediceus Pontificius per Umbriam Legatus illum Commissarium Interamnensis Urbis XI. Kal. Sept. a. 1530., mox Tuderti Gubernatorem renunciaverit. Quum autem idem Cardinalis Vicecancellarii S. R. E. & Cardinalis in Germania legati munere fungeretur, Vincentium diplomate Vindobonæ dato 1532. Protonotarium Apostolicum, Acolythum, Capellanum, Equitem aureatum, & Comitem Palatinum declaravit. Verum Hippolyto Cardinale e vivis erepto Florentiam venit Vincentius, ubi advocati munus exercuit; ad Pisanum deinde lyceum missus fuit Juris interpres. Ob præclara sua merita, uberemque doctrinam civitate Florentina donatus est a. CIↃIↃXLVII. & Academiæ Florentinæ adscriptus, in qua etiam Consul est declaratus a. 1556. In patria quoque Urbe, in qua a. 1542. civiles discordias jam jam erumpentes auctoritate sua, & eloquentia sedavit, a. 1550. Vexillifer justitiæ populi & Civitatis constitutus est, etsi ob Pisanas prælectiones abesse urbe cogebatur. Quo anno decesserit, non reperi. Benedictus Varchius Vincentio Epigramma illud Italicum inscripsit, cujus hoc initium :

Hoggi

Digitized by Google

Hoggi dovem , Meſſer Vincenzio mio ,
Tutti goder : queſto è quel ſanto giorno &c.

De eo Salvius T. III. p. 178. & 187. & Salvinius Salvini Canonicus eruditiſſimus in Faſtis Conſularibus Academiæ Florentinæ p. 127. Edidit animadverſiones in Commentarios Nicolai Accolti ; item adnotationes in Zabarellæ Cardinalis Commentarios ad Clementinas, aliaque.

GUALFREDUCCI (Bandinus)

E Societate Jeſu , in qua ſexennio Rhetoricam publice profeſſus eſt, & multis annis Præpoſito Generali ſui Ordinis ab epiſtolis Latinis fuit; poſtea operarius gnavus Domus profeſſæ Romanæ uſque ad obitum. E vita ibidem migravit grandis natu die v. Martii a. 1627., quum publicæ luci commiſiſſet Orationem de Paſſione Domini a ſe habitam ad Paullum V. P. M. 1606. Hieromenias , ſeu ſacrorum menſium partes duas , quibus vario carminum genere celebrat ſanctos, quos totius anni lapſu veneratur Eccleſia , Romæ typis Zannetti 1622., & typis Maſcardi 1625., variorum carminum libros ſex , quibus addidit Sophoclis Oedipum tyrannum a ſe in latinum carmen translatum Romæ typis Zannetti 1622. , Sigerium tragœdiam latinam , Romæ typis Jacobi Maſcardi 1627. Meminere Bandini Philippus Alegambe, & Nathanael Sotuellus in Biblioth. Soc. Jeſu . *Oldoinus* .

Eum Hippolytus Maraccius apud Dondorium p. 336. Virum adpellat *eruditione inſignem, & Poetam præclarum, pium , & diſcretum.*

L

LANFRANCHI (Paullus)

XIV. ſeculo ineunte fortaſſe floruit. Eum inter Hetruſcos Poetas recenſent Allaccius in *Indice* , Creſcimbenius *Comment.* vol. IV. l. I. *Cent.* I. n. LXXXIX. & Quadrius vol. II. p. 168.

LAZARI (Vannes Fuccius)

Vir ſtrenuus , ac fortis inter primores *Nigrorum* a. 1300. connumeratus, quem Dantes (*Infern.* XXIV. v. 125.) in inferis collocat. Vide Vulpium in Indice II. T. III. ſuæ Dantis editionis p. 137. Venturium noſtrum ad eum Dantis locum , Creſcimbenium *Comment.* vol. II. p. II. L. I. n. LXXXVIII. Quadrium vol. II. p. 170. In Chiſiana Bibliotheca exſtant MS. eius carmina , unde ex his unum edidit Creſcimbenius.

Digitized by Google

Leazari (Philippus)

Antiquus Legum Interpres, cujus hoc apud Dominicanos Piſtorii epitaphium legitur :

Philippo Liazzaro Pontificii Civiliſque juris
adeo conſultiſſimo, ut mille conductus aureis jus
ipſum ſumma cum eloquentia interpretaretur,
Mœſtiſſ. Parens tanto Filio immatura morte
conſumpto multis lacrimis ponend. curavit.
Vixit ann. XLIII. M. III. D. XI. H. S. H. N. S.

Gloſſas in decretum ſcripſit. Vide Dondorium p. 340. & Italicam Petri Ricciardii Oden, quam in appendice proferam.

M

Manetti (Nicolaus)

ORdinis Servorum B. V. ſacræ Theologiæ Magiſter circa ann. 1398. ſcripſit Regulas pro feminis tertii Ordinis, & auxit FF. Servorum Chronicon, quod Romæ exſtare apud ejuſdem Ordinis P. Generalem intellexi.

Marchetti (Alexander)

Luculentum tanti Viri elogium ex T. XX. Diarii Litteratorum Italiæ dabimus in appendice.

Marchetti (Johannes Petrus)

Arretinus Epiſcopus, de quo Ughellius, edidit *Coſtituzioni preſcritte ai Chierici del ſuo Seminario, ed approvate da Innocenzio* XI. 1680. Piſtorii 1699.

Marchetti (Juſtinianus)

Antonii filius, Rector Paroeciæ, quæ a S. Hilario nomen habet Vitam S. Attonis Piſtorii a. 1630. Italice divulgavit. De eo Dondorius p. 347. ex quo diſcimus, alia de Sanctis Piſtorienſibus Juſtinianum paraſſe. Junior a. 1607. XII. Kal. Nov. Juris theſes Piſtorii defenderat Vannotio dicatas. Vide eumdem Vannotium, qui T. II. epiſt. p. 533. epiſtolam dedicatoriam nobis ſervavit.

Mariani (Bernardinus)

Hunc obiiſſe puto. Qua de cauſſa ei locus heic eſto. Lucæ a. 1718.

librum

Digitized by Google

librum edidit hoc titulo : *Risposta del Dottor Bernardino Mariani Medico Pistojese, ed eletto dal General consiglio Pubblico Lettore di Filosofia nella Sapienza di detta Città, ad una censura data fuori sotto nome di difesa dal Sig. Dottor Vincenzio Renzoni uno de' due Medici della condotta di Prato.*

Martini (Laurentius)

E Societate Jesu, in qua quinquennio docuit litteras humaniores, rexit Collegia Recineti, & Asculi, & Operarius in Domo Professa Romana obiit die xxv. Augusti 1681. Edidit italice *Novenam in honorem S. P. N. Ignatii Romæ typis Jacobi Antonii Varesii 1663., recusam Ferrariæ eodem anno; Novenam in honorem S. Francisci Xaverii Romæ per Ignatium de Lazaris 1668. & Latine Græcii 1669., Novenam S. Francisci Borgiæ; Romæ apud Varesium 1671., Juvenem Angelicum cum novem observationibus super vitam B. Aloysii Gonzagæ, apud eumdem Varesium 1669., Juvenem Seraphicum Polonum expressum in novem observationibus super Vitam B. Stanislai KostKæ, Romæ iisdem typis 1677, hortum florum, & fructuum virtutum, quas exercuerunt varii Religiosi Societatis Jesu, iisdem typis 1672. De illo Nathanael Sotuellus in Biblioth. Societ.* Oldoinus.

Mati (Nicolaus)

Scripsit Chronicon FF. Servorum B. M. V. quos interfuit a. 1384. Servatur in archivo eorumdem PP. Servorum Florentiæ in codice membranaceo inscriptum *Giornale e ricordi*. Ex hoc Chronico Vitæ VII. BB. hujus ordinis Institutorum excerptæ sunt, editæque Florentiæ a. 1727. hoc titulo : *Relazione del felice passaggio all' altra vita de' sette BB. Fondatori de' Servi di M. V. descritta di propria mano dal P. Niccolò da Pistoja*. Duobus post annis Lucensibus typis iterum prodierunt titulo nonnihil immutato, qui ejusmodi est : *Compendio delle Vite di* VII. *tra Santi e Beati dell' Ordine de' Servi di M. V.* Vide etiam Garbium in additionibus ad Gianii annales T. II. lib. VIII. p. 483.

Melochi (Dominicus)

Pistorienſis Canonicus, cujus ab Joh. Baptista Fideliſſimo hoc opus Florentiæ editum fuit a. 1619. *Breve Istruzione per ben recitare il divino Ufizio*.

Menchi (Alexander)

Ejus hetrusca carmina habemus in altera parte libri inscripti *de' Sonetti di M. Benedetto Varchi* apud M. Laurentium Torentinum, Florentiæ 1557.

Digitized by Google

de Momigno (Evangeliſta)

In agro Piſtorienſi natus eſt , Minoribus Obſervantibus deinde adſcriptus, apud quos edidit I. *Un direttorio per facilitare il governo de' Regolari , ed Eccleſiaſtici , che han governo di Frati , e di Monache , conſiſtenti in* LXXX. *Sermoni*, Piſtorii 1644. II. *Un Diario Quareſimale*, ibidem 1646. III. *Il lutto*. Alia parabat , ſcribente Dondorio, qui de eo differit p. 355.

de Montemagno (Bonaccurſus ſenior)

Lapi filius , Petrarchæ æqualis temporum, qui a. 1364. Vexillifer fuit in patria Urbe . Salvius T. 11. p. 149. ſcribit, a Venceslao Romanorum Rege , atque Imperatore deſignato fuiſſe Bonaccurſum militari cingulo ornatum. At id negat Caſottius , cui adſentiuntur Diarii Litteratorum Italiæ auctores T. XXXVI. p. 211. Enimvero numquam in Italiam Venceslaus venit, ut Imperatorio diademate inſigniretur ; Bonaccurſus porro, qui ad ea tempora protraxit ætatem , capularis ſenex certe fuit, ad longa , aſperaque ſuſcipienda itinera non ſatis aptus tum videtur fuiſſe , ut vani , jam jamque fugientis honoris titulo decoraretur . Conciliari iſthæc poſſunt , ſi Venceslaus Bonaccurſo cingulum illud miſiſſe dicatur. Ceterum Laurettæ Florentinæ feminæ amore captus fuit Bonaccurſus . De hetruſcis ejus verſibus, qui ſane elegantiſſimi ſunt, mox dicemus.

de Montemagno (Bonaccurſus junior)

Senioris nepos circa ann. 1418. Eliſabetham Guidi Manelli filiam duxit uxorem . Judex a. 1421. Florentiæ fuit in regione ſanctæ Crucis , eodemque anno pridie nonas Septembris in Florentino Gymnaſio Juris profeſſor declaratus eſt, atque Antonio de Roycellis competitori prælatus, homini ſcilicet tanta exiſtimatione, ut in ſepulcrali epigraphe Patavii poſita in ædibus S. Antonii a. 1486. *Monarcha Sapientiæ* fuerit adpellatus . Anno vero 1428. Legatus a Florentinis mittitur ad Philippum Mariam Vicecomitem ; quam legationem dum narrat Scipio Ammiratus junior T. 11. p. 1045., labitur Montemagnum *Matthæi* nomine denotans . Hæc inter grandioris fortunæ præludia crudeli fato terris raptus eſt Bonaccurſus XVII. Kal. Januar. a. 1429. , ſuperſtite adhuc, dolenteque Johanne patre, de cujus doctrina paullo poſt aliqua dicturi ſumus.

Scripſit Bonaccurſus plura Italica carmina , quæ cum patrui ſui Bonaccurſi ſenioris verſibus permixta, atque adeo ſub hujus nomine publicam lucem adſpexere Romæ primum a. 1559. curante Nicolao Pillio, qui ſuis illa quoque adnotationibus enarravit. Deinde vero Venetiis Franciſci

Digitized by Google

ciſci Portinarii typis a. 1567. cum Bembi, Caſæ, & Guidiccionis carminibus in libro inſcripto: *Rime de' tre de' più illuſtri poeti dell' età noſtra*; tertio autem Bononiæ a. 1709. cum aliquot nondum editorum Italicorum epigrammatum appendicula. Has editiones recenſet Creſcimbenius cum in Italicæ poeſeos hiſtoria l. v. p. 317., tum in Commentariis Vol. v. l. 1. p. 29., eorumdem porro Commentariorum Volum. 11. p. 11. l. VII. §. VI. in laudes. Bonaccurſii ſenioris, qui unus omnium illorum carminum auctor eo adhuc tempore habebatur, excurrerat. Verum Canonicus & Comes Joh. Baptiſta Caſottius Pratenſis utriuſque Bonaccurſii carmina & omnium primus, & feliciter ſane diſtinxit, eaque ſuis quæque (quoad fieri potuit) auctoribus reddita excudi curavit Florentiæ a. 1718. Librum prænotavit: *Proſe e rime de' due Bonaccorſi di Montemagno, con annotazioni, ed alcune rime di Niccolò Tinucci*. Vide Diarium Litterat. Ital. T. cit. a p. 206. & Quadrium Vol. 11. p. 189. Quod autem Caſottius Tinuccium Montemagnis ſocium eſſe voluerit, cauſſam præbuere Codices aliquot, in quibus quæ illum auctorem habent, Bonaccurſii nomine carmina inſcribuntur. Lamius in Catalogo Richardianæ Bibliothecæ p. 79., quatuor enumerat Codices, qui Bonaccurſiorum carmina habent. Bonaccurſii Italica Ode prænotata: *Orazione, che fe' M. Bonacorſo da Montemagno a' Signori di Firenze a petizione di Buonacorſo di Neri Pitti*, exſtat in Codice Bibliothecæ Venetæ inter Italicos LIX.

Enimvero junior Bonaccurſius ſoluta quoque oratione, ac legum ſcientia excelluit. Caſottius hæc edidit.

I. De nobilitate tractatum, qui in aliquibus Codicibus Domino Carolo de Malateſtis, in aliis illuſtri Principi Guidantonio Montisferetri Comiti inſcribitur. *In Codice Bibliothecæ Leydenſis prænotatur*: Diſputatio inter Gajum Cornelium Scipionem de nobilitate per Bonacrium Piſtorienſem. Diſputatio ne ducat uxorem.

Italicam hujus tractatus verſionem, quæ præter Codices Strozzianæ Bibliothecæ a Caſottio memorato, in duobus quoque Richardianis MSS. voluminibus, Lamio, (*ibidem*) teſte legitur, prudenti conſilio Caſottius divulgavit. Excerpta ex hoc tractatu exſtant in alio ejuſdem Richardianæ Bibliothecæ Codice.

II. Orationem pro L. Catilina contra M. T. Ciceronem, quam anno CIↃCCCCLXVI. Nicolaus de Riſorbole poeta iis temporibus non exigui nominis Italice reddidit. Hujus Orationis exemplum habet Regia Taurinenſis Bibliotheca Codice DCI., quemadmodum diſcimus ex eius Bibliothecæ Catalogo ab eruditiſſimis Scriptoribus diligenter concinnato T. 11. pag. 159.

III. Declamationem: Lex Regia.

Italica hæc ſunt. I. Quattro Orazioni fatte per M. Stefano Porcari Capitano del popolo di Firenze, all' entrata de' Signori Priori in ſulla ringhiera del Palazzo.

II.

Digitized by Google

II. Altra Orazione recitata per detto M. Stefano contro al Proteſto fatto a' Rettori. *Has Bonaccurſii Orationes maximopere commendat Chriſtophorus Landinus.*

de Montemagno (Johannes)

Senioris Bonaccurſii filius, Junioris pater ex Taddæa Bartholomæi Tonti Jureconſultus egregius, qui plura conſcripſit conſilia maximi habita. Die Julii quincta a. 1430. obiit, amiſſo, ut nuper diximus filio, ac Florentiæ ad S. Crucis tumulatus eſt. Vide de eo Caſottium in præf. ad Bonaccurſiorum carmina, & Diarium Litteratorum Italiæ T. XXXVI. p. 212.

Moretti (Vincentius)

Advocatus inluſtris Romæ, ubi anno ætatis ſuæ XL. obiit a. 1593. Legalia multa ſcripta heredibus ſuis legavit. Domdorius p. 355.

P

Pacioni (Petrus)

J. C. Romæ XL. annis advocatus, quo maxime uſus eſt Innocentius XI. in magna illa controverſia *exſtinctionis Secretariorum Apoſtolicorum.* oblatum ſibi ab eodem Innocentio Nucerinum Epiſcopatum recuſavit, illud cauſſatus, *unius animæ ſuæ facilius, quam ſubditorum rationem ſe Deo redditurum.* Florentiam deinde adiit a Magno Hetruriæ Duce eo ſponte vocatus, ut Rotæ Auditoris, ac Prætoris munere fungeretur.

Edidit. I. Tractatum de locatione, & conductione *f. Romæ 1627. Genuæ recuſum 1683.*
II. Conſultationem Juris ſuper Secretariorum Apoſtolicorum ſuppreſſione, *quæ exſtat in Tractatu* de Officiis *Emin. de Luca Romæ 1682.*
III. Selectas allegationes Civiles, & Canonicas. *Coloniæ 1700.*

Plures Latinas Pacionii epiſtolas divulgavit Farinata. Aliæ *allegationes* ineditæ exſtabant apud Julianum Pacionium Petri fratrem.

Pacichelli (Johannes Baptiſta)

Edidit hetruſcam panegyrim pro Clemente IX. cum titulo: *il Gioſia del Vaticano*, Peruſiæ apud Lorenzinum (Laurentium) 1668. de hoc Johannes Cinellius part. II. ſuæ Biblioth. (*T. 4. noviſs. edit. p. 2.* Oldoinus.
Aliud Pacichelli opus idem Cinellius ibidem memorat inſcriptum: *Schediaſma de iis, quæ nullo modo poſſunt in jus vocari.* Romæ apud Nicolaum Angelum Tinaſſium 1669. 4.

Digitized by Google

Pagnozzi (Franciſcus Maria)

Ordinis Minorum Cappuccinorum, ſcientia, & virtutibus inſignis. Scripſit de origine & progreſſu Stellarii librum in tres partes diviſum; quem titulum deinde mutavit in ſequentem: Maria trionfante &c. *Piſtorii* 1655. 4. *Obiit a.* 1658. *De eo Maraccius in appendice*. Oldoinus.

Ejuſdem meminit Dondorius p. 343. & Dionyſius Genuenſis in Bibliotheca Cappuccinorum.

Panciatichi (Jacobus)

Latina carmina compoſuit, Vannotio teſte T. I. p. 197. Scripta quoque *de auxiliis* aliqua collegerat, ut ibidem adfirmat Vannotius p. 243.

Panciatichi (Paullus)

Romæ verſatus eſt, eccleſiaſtico habitu indutus, & Cardinali Farneſio Paulli III. Nepoti officia ſua conferens, duos autographos hetruſcorum carminum tomos a Paullo compoſitos vidi apud Merlinium. Primus *Capitula*, ut dicimus, Bernii ſtylo perſcripta; alter epigrammata continet, quædam, ad eumdem Bernii ſtylum, quædam moralia, atque adeo heroica; quibus alterius metri adcedunt carmina non ita pauca.

Panciatichi (Stephanus)

Orationem edidit *in anniverſariis exequiis Emin. Nicolai Fortiguerræ* Piſtorii 1653.

Peri (Jacobus)

Theologus inter Minores ſua ætate celebris, a ſacris Confeſſionibus Coſmo II. & Ferdinando II. Hetruriæ Ducibus. Edidit *contradictiones in Prologum primum, & ſecundum ſententiarum Scoti*, Florentiæ apud Petrum Cecconcellum a. 1621., uti habemus ex Wadingo *de Scriptor. ſui Ordinis*. Addit Dondorius p. 347. Jacobum obiiſſe a. 1635., ac præterea edidiſſe I. Orationem *de Conceptione* B. M. V. ad Vincentium Celleſium Canonicum Piſtorienſem. II. Vitam Evangeliſtæ Gerbi, de quo ſupra.

Peri (Matthæus)

Canonicus Regularis Lateranenſis, Evangelii præco pius, & doctus, de bacchante peſtifera lue Parmæ, miſſionem a Superioribus petiit ad Parmenſes, impetravitque. Eo illico properat omni prorſus morbi mortiſque timore depoſito; omnibus adeſt eloquio, exhortationibus, exemplo deſolatis omnium ordinum familiis occurrens Synaxi, unctione, piacularibus Lymphis, ſuprema ſpiritus commendatione.

Inter

Digitized by Google

Inter hæc ſolers operarius tangitur communi infectione, Deoque evocante plenus bonorum operum tertio anno quadragenario minor ad æterna, ut pium ſperare eſt, præmia comportatur, univerſa civitate tanti operarii amiſſionem veris lacrimis, ſummiſque laudibus proſequente. Reliquit MSS. libros tres de Oratione in genere, de vocali, ac de mentali, qui Piſtorii cuſtodiuntur. Publici iuris eſt concio Italica ſub titulo La Giuſtizia clemente, *habita ab eo in Lucenſi Senatu, evulgata Placentiæ apud Jacobum Ardizzonum a. 1629., ut refert Celſus Rotinus in Lyceo Lateranenſi.* Oldoinus.

Pilli (Nicolaus)

Circa ann. 1559. florebat Jureconſultus egregius, & humanioribus literis adprime imbutus. Cyni & Bonacurſi de Montemagno carmina publica luce donavit; aliqua etiam legalia ſcripta prælo commiſit. Hiſtoriam demum patriæ Urbis ad ſcribendum adgreſſum illum fuiſſe, ait Dondorius p. 351.

Pinamonti (Johannes Petrus)

E ſocietate Jeſu, cui adſcriptus fuit Octobri menſe a. 1647. quincto & decimo ætatis ſuæ anno. Sacris Miſſionibus totum ſe dedit Vir procurandæ animarum ſaluti natus, ab anno 1664. ad an. 1703. quo ſanctiſſime deceſſit VII. Kal. Julias. De ejus virtutibus plura dabit elogium, quod in fronte operum legitur a Pezzana Venetiis editorum a. 1733.

Ad ſcripta quod attinet, Italica hæc ſunt. I. Eſercizj ſpirituali di S. Ignazio, II. La Via del Cielo appianata. III. La Religioſa in ſolitudine. IV. Lo ſpecchio, che non inganna. V. La vera ſapienza. VI. Il cuor contrito. VII. La Croce alleggerita. VIII. L'inferno aperto. IX. L'albero della vita. X. Il ſacro cuor di Maria. XI. La cauſa de' Ricchi. XII. Le leggi dell'impoſſibile. XIII. La Vocazione vittorioſa. XIV. La Sinagoga diſingannata. XV. Compendio della Dottrina Criſtiana. XVI. Il direttore dell'anime.

Latine edidit *Exorciſtam rite edoctum.*

Utiliſſima, doctiſſimaque hæc opuſcula ſæpius ſeorſim excuſa ſunt; tum etiam collecta Parmæ, Venetiis a. 1713. 1733. &c.

dal Pino (Dominicus)

Edidit *Penſieri ſopra la generazione dell'uomo.* Luc. 1706.

de Pistorio (Aloyſius)

Ordinis Minorum Cappuccinorum, habuit Italice Orationem in funere Alberici Cybo Maſſæ Principis publici juris factam Piſis a. 1623. De ipſo Cinellius in ſua Bibliotheca (T. IV. noviſs. edit. p. 84.) Oldoinus.

De

Digitized by Google

de Pistorio (Dominicus)

Ordinis Dominicanorum insignis sua ætate typographus, qui cum Petro de Pisis item Dominicano apud S. Jacobum de Ripolis plures a. 1477. & 1478. libros edidit, quorum aliquot vide ab Orlando censos p. 131, aliquot lib. I. nostræ Biblioth. p. II. c. VI. Echardus unum tantum ex his libris vidit ; fallitur autem, dum putat, hosce typographos artem suam exercuisse ad Sancti Marci Florentiæ, quum revera apud S. Jacobum de Ripolis commorati fuerint. De hoc typographio agit etiam Orlandus ; sed & ipse parum adcurate. Igitur a. 1214. pridie nonas Maij *Diocidiede filius olim Bonaguidæ* D. Johanni Episcopo Florentino *unam petiam terræ positam in plano de Ripole* donavit *pro futura Ecclesia S. Jacobi Apostoli*. Episcopus porro Florentinus eam Ecclesiam. a. 1229. Monialibus dedit, quæ ad annum usque 1556. Patribus Dominicanis S. Marci curæ fuerunt. Non tamen illæ ad eum annum ibi persistere. Nam a. 1292. v. Kal. Octobris cœnobium S. Jacobi de Ripolis bellorum metu reliquerunt in Florentinam Urbem commigraturæ. Sexaginta numero tum putabantur. Ex his triginta ad Monasterium se receperunt, cui *S. Dominici in Cafaggio* nomen ; totidem ad S. Jacobi de Pantano, cui Monasterio *S. Jacobi de Ripolis* nomen propterea datum, quod ex priore illo S. Jacobi de Ripolis cœnobio Sanctimoniales huc transiissent. Ecce igitur tibi locum, in quo typographi nostri libros edidere tanti factos, ut Parisiis, teste Echardo, *Vita* seu *legenda* S. Catharinæ Senensis ab illis excusa Turonensibus libris quinquaginta supra ducentas vendita fuerit a. 1712. Hæc ex autographis chartis, schedisque doctissimi P. Richa Societatis nostræ, qui incredibili Florentini populi frequentia singulis diebus festis Monasteriorum ac Templorum, quæ in inclyta Florentina Urbe magno numero sunt, antiquitates e sacro suggestu erudite persequitur.

de Pistorio (Evangelista)

Vide *Gerbi Evangel.*

de Pistorio (Guillelmus vulgo Lemmo)

Floruit Poeta elegans circa ann. CIↃCCC., ac Cino amicitia junctus fuit. De eo Crescimbenius Vol. p. II. L. I. n. XCII. Hic fortasse idem est, qui Guillelmus Johannis Orlandi, cujus Italicam Oden profert idem Crescimbenius ex Vaticano Codice 3214. in Com. p. 149. Vide Quadrium Vol. II. p. 161.

Digitized by Google

de Pistorio (Jacobus)

Minorita edidit Conciones de Conceptione B. Mariæ, ex Wadingo *de Script. Franciſco* Oldoinus.

de Pistorio (Johannes)

Ordinis Prædicatorum clarus doctrina, & pietate in fine ſeculi XIII. ſcripſit lecturam in IV. libros ſententiarum, contra correptorium S. Thomæ, de tranſubſtantiatione panis & vini in Sacramento, de adventu Antichriſti, de unitate & eſſentia in creaturis. De hoc auctore differit Fontana in Catalogo Scriptorum Provinciæ Romanæ Ord Prædic. Oldoinus.

A Fontana nempe deceptus eſt Oldoinus. Nam qui ab eo *Piſtorienſis* dicitur Johannes, *Pariſienſis* fuit, quod ſcite notavit Echardus T. I. Biblioth. Dominic. p. 502. & vel una docet collatio operum, quæ ad Pariſienſem ſpectant. Vide etiam Oudinum T. III. Comm. de Script. Eccl. c. 634. In eumdem lapſi ſunt errorem Altamura & Dondorius p. 344.

Johannes alius Piſtorienſis, ſeu potius Piſcienſis, eumdem Dominicanorum Ordinem profeſſus, de quo citatus Echardus p. 879., floruit circa annum 1460. Is qua memoria valebat acerrime, integra ſacra Biblia viceſimum ætatis annum vix adeptus animo comprehenſa tenebat, totidemque verbis ex tempore reddebat. Per totam deinde Italiam Concionator eo plauſu frequentiaque populi audiebatur, ut quum Auditores templa non caperent, ipſum in plateis concionari oporteret. Neque majore pollebat virtute. Nam & Magiſterii lauream, & Epiſcopatum Aquilanum ſibi oblatum conſtanter recuſavit. Semel etiam monitus, Raguſinam Rempublicam ſibi obviam advenire, alia incedens via populum ſancte fefellit, urbemque intravit incognitus. Cathari graſſante peſte, conciones præ foribus Civitatis ſub dio habebat, ubi quum ſupplicationes in triduum fieri perſuaſiſſet, iis expletis continuo morbus evanuit. Plura de Johanne invenies apud Leandrum Albertum ipſi æqualem, qui addit, eum tandem Lucæ maximo & Fratrum, & totius Urbis mœrore extinctum fuiſſe XII. Kal. April. MCCCCXCIII. Adi etiam Razzium, Plodium, Altamuram.

Hujus, ut ferunt, ſuperſunt ſermones docti, & elegantes, qui ab Altamura diſtribuuntur in ſermones *de tempore, de Sanctis, & per Quadrageſimam.*

de Pistorio (Johannes)

Civitate Florentina donatus, qui annis omnino XL. Florentiæ ſupremo Magiſtratui fuit *Cancellarius*. Plura ſcripſit, quæ inter Comœdia

a. 1550.

Digitized by Google

a. 1550. in palatio Cosmi Medicei Hetruriæ Ducis acta. Eam post auctoris obitum edidit Franciscus Ferrantes Florentinus Johannis consobrinus, hoc titulo: *La Gioja, commedia molto dilettevole, & ingegnosa del giudizioso M. Giovanni da Pistoja*, Venetiis apud Joh. Baptistam Ciottum 1586. 8. Quadrius Vol. III. p. 91.

de Pistorio (Johannes Petrus)

Vidi ego Pistorii MS. librum hoc titulo: *Li Dialoghi di Gio. Vanpietro da Pistoja al molto Illustre & Eccellentiss. il Sig. Cosimo de' Medici Duca de Firenze*. Abrius, & Simerus colloquuntur. Tres autem in partes Dialogi tributi sunt, in quarum prima quæritur, quei homo in terris contentus esse possit? quæritur in altera, quei homo possit esse beatus? in tertia disquiritur, quo die majorem homo gloriam promereatur? Qua Johannes Petrus ex gente fuerit, frustra a me inquisitum.

de Pistorio (Jordanus)

Dominicanus, cujus in Veneta SS. Johannis & Pauli Bibliotheca Pluteo IV. Sermones MSS. servari Thomassinus adfirmat. Sed Echardus suspicari videtur, eumdem corrupto nomine Jordanum esse posse, qui Johannes antea a nobis laudatus.

de Pistorio (Leonardus)

Theologus magni nominis inter Prædicatores, studiosissimus æternæ hominum salutis. Claruit circiter annum Redemptionis humanæ 1280., *& scripsit summam Theologiæ in tomos duos divisam. De hoc Antonius Senensis, & Lusitanus in Biblioth. Prædic. Altamura in eadem Biblioth. Plodius part. II. lib. I. Fontana de Romana Provincia*. Oldoinus.

Auctoribus ab Oldoino citatis adde Dondorium p. 347. qui floruisse ait Leonardum a. 1266. Fermandez, & Quetifium, qui in Indice Bibliothecæ Florentinæ ad S. Marci inter Codices MSS. Membranaceos Plut. III. n. CVII. legi testificatur hæc Leonardi Mathematica opuscula, Tractatum nempe *de Arithmetica, & de practica Geometriæ; item de computo Lunæ secundum Doctores Ecclesiæ*. Adde & Fabricium lib. XI. Biblioth. med. & inf. Latinit. p. 784.

de Pistorio (Rannius, seu Jannius)

Dominicanæ familiæ scripsit *super sex principia, super libros de cælo, & mundo, & de unitate formarum*. Echardus T. I. p. 727.

Digitized by Google

Pistorozzi (Brunorus)

Sacerdos, Theologus, Rector S. Mariæ novæ; scripsit Tractatum *delle virtù delle lagrime* Florentiæ editum 1594. Dondorius p. 336.

Polidori (Gregorius)

Scriptis Theologicis clarus Augustinianus, quem laudant Possevinus in Apparatu pag. 592., Dempsterus T. II. Etrur. Reg. c. XIII. Gaddius de Scriptoribus non Ecclesiasticis V. *Gregorius*, Dondorius p. 347. Edidit *de bello Angelorum* tractatum, & *Commentarium in epistolam ad Galatas*; librum præterea *Gregorianum* inscriptum, in quo agit de XIV. Gregoriis Summis Pontificibus, de XIII. Gregoriis Episcopis, de uno Gregorio Presbytero, quorum vitam, mores, gestas res commemorat.

R

Ricciardi (Petrus)

In Pisano Lycæo Juris interpres, & poeta XVI. seculi egregius. Edidit.

I. *De bonorum possessionibus, de legatis, & de legatorum ademptione.* Carmagnolæ 1586. & Augustæ Taurinorum 1592.

II. *Commentaria in subtiles materias de obligationibus.* Venetiis 1593. f.

III. *Commentaria de testamentis ordinandis, de exheredatione liberorum, de vulgari substitutione.* Venetiis 1600. Opus postumum.

IV. *De usufructu, & usucapionibus.* Venetiis, eodem anno. Utrumque hoc opus Thomas Ricciardius Petri filius, ad quem Bonifacius Vannotius plures dedit epistolas, dicavit Pisano Pontifici Carolo Antonio Puteo.

Tria volumina in f., eaque autographa Hetruscorum carminum a Ricciardio compositorum servat Pistorii Franciscus Merlinius. Eorumdem apographum vidi ibidem apud Turlinium quatuor in partes, tomosque tributum. Primam partem Ricciardius Kal. Aprilis a. 1574. Pisis inscripserat Fliscæ Appianæ Plumbini Dominæ; alteram Pistorii III. Non. Januar. 1576. Antinorio Pisano Archiepiscopo; tertiam, quæ de Pistoriensi Urbe, ejusque civibus agit, Pisis VI. Kal. Octobr. a. 1578. Francisco Mediceo Magno Hetruriæ Duci; quartam denique Pisis XIII. Kal. Febr. 1577. Sereniss. Reginæ Johannæ Austriacæ. Specimen horum qualiumcumque carminum edemus in appendice. Pistoriensis Urbis historiam composuisse se Ricciardius ipse testificatur in adnotationibus ad Oden suam de Pistorii laudibus. Dondorius ipsum celebrat p. 352.

RIC-

Digitized by Google

Ricciardi (Zampa)

Exſtant ejus MSS. opuſcula Piſtorii in Bibliotheca Merlinii.

de Rossi (Johannes)

Vulgo *Johannes Piſtoja*, Petri Arrutini amicus, qui jocoſa poeſi maximopere delectabatur. Hunc memorari video a Creſcimbenio Comm. Vol. II. p. II. l. III. n. LXXXIV.

Rospigliosi (Franciſcus)

Hujus epiſtolam ad Samuelem Sorberium habes in Menagii Miſcellaneij p. 240.

Rospigliosi (Jacobus) S. R. E. Cardinalis.

Camilli filius Clementis IX. P. M. nepos, Presbyter Cardinalis S. Sixti a patruo declaratus a. 1667. quum eſſet Protonotarius Apoſtolicus. Scripſit Orationem, habuitque ad Cardinalium Senatum poſt Innocentii X. obitum de novi Pontificis electione. Aliquot ejus Italica carmina exſtant MSS. in Chiſiana Bibliotheca, unde ſpecimen protulit Creſcimbenius. Romæ vita migravit IV. Non. Febr. a. 1684;, atque in Liberiana Baſilica depoſitus fuit. Præter auctaria Ciacconii conſulendi de Jacobo Creſcimbenius Vol. II. Comm. part. II. L. V. n. LXXVII. & Andreas Peſchiullus in carmine inſcripto: *Lo ſpecchio de' Principi*, Romæque edito 1668., cujus mentio in Bibliotheca Aproſiana p. m. 387.

Rospigliosi (Julius) P. M.

Ex Archiepiſcopo Tarſenſi, & a ſecretis Status Presbyter Cardinalis S. Sixti ab Alexandro VII. renunciatus, ejuſdem in Pontificatu ſucceſſor ſub nomine Clementis IX. Rempublicam Chriſtianam adminiſtravit annos duos, menſes quinque, & dies undeviginti. Vir hic ſummo ingenio præditus Poeſim in juventute coluit, ac ſcripſit Italice opera plura, videlicet unum ſub nomine Alexii, alterum Ægiſtum inſcriptum; tertium Bonifacium; diſcurſum in Poema Franciſci Bracciolini de electione Urbani VIII. impreſſum cum eodem poemate. Scripſit etiam, ſed non edidit Orationum latinarum volumen, ac volumen aliud diſcurſuum Academicorum; paralella inter Politicam & Medicinam, drammata muſicalia, aliaque apud ſuos cuſtodita manuſcripta. Evulgatam typis vidi ejuſdem Orationem ab ipſo in Academia Humoriſtarum de Urbe recitatam, & litteras lingua Italica ad Laurentium Pollinum Epiſcopum Avellini ſcriptas, quas evulgavit typis Romanis a. 1669. Michael Abbas Juſtinianus in ſecunda parte litterarum ſuarum memorabilium. Supremus ei fuit dies nonus Decembris anni undeſeptuageſimi ſeculi XVII. oſſa

jacent

Digitized by Google

jacent in Baſilicâ Liberiana, ſub hac Epigraphe a Clemente X. in prænobili ſepulcro a ſe excitato deſcripta.

Clementis IX. æternæ memoriæ
Pontificis Magni cineres abſque ullo
Sepulcrali honore, ſicut ipſe juſſerat, humi laterent. Clemens X. Pont. Max.
Benefactori ſuo, & ob ſpectatum Fidei
Zelum, ob egregiam erga omnes beneficentiam, & caritatem de re Chriſtiana
Optime merito, grati animi monumentum
Poſuit. Anno Domini MDCLXXI.

Plura de tanto Pontifice habent auctaria Ciacconii, Patres Societatis Jeſu in opuſculo prænotato. Sacræ & profanæ Romæ obſequia Clementi repræſentata in Collegio Romano, *Auguſtinus Favoritus in Oratione funebri, & nos in Athenæo Romano, & in Necrologio. Eumdem laudant Gaſpar Scioppius, & Lupus de Vega, nec non Leo Allatius in Apibus Urbanis.* Oldoinus.

De eo etiam Ughellius T. I. Ital. Sacr. Papebrochius in Propylæo, Sandinius in Vitis Pontificum Romanorum, Muratorius in Annalibus Italicis, & qui Janſenianæ hæreſeos hiſtoriam contexuerunt, ubi de celebri pace Clementis IX. Adde his Creſcimbenium L. II. hiſt. vulg. Poeſ. p. 160. & Comm Vol. II. p. II. L. VII. §. XC. & Quadrium Vol. III. p. 474. In Othoboniana Bibliotheca Julii drammata ſervabantur; ſeptem exſtant Mediolani in lectiſſima Bibliotheca Clariſs. Marchionis Theodori Alexandri Trivultii his titulis prænotata: *il Palazzo incantato; l'armi e gli amori; la comica del cielo; la vita umana; dal male il bene; S. Bonifacio, & Sant' Aleſſio.*

Rutati (Julius)

Petri Mariæ Rutati filius in aula Franciſci Mariæ ultimi Urbinatium Ducis, cui gratiſſimus fuit, verſatus eſt. Bononiæ abiit e vita inter edendum Morales aliquot Orationes. Italicum ejuſdem Epithalamium in nuptiis Friderici Principis Urbini, & Claudiæ Mediceæ vidiſſe ſe adfirmat Dondorius p. 346. quem adiſis.

S

Salvi (Alexander)

MArci filius ex Ordine Servorum B. V. celebris Orator atque Theologus plura poſteris reliquit MSS. opera mathematica. Garbius in additionibus ad Gianii annales. Salvius Michael in Indice Tomi tertii eum

Domi-

Digitized by Google

Dominici filium adpellat. Edidit Lucæ 1649. *Nuovo e faciliſſimo corſo Gramatico latino*, quod a Michaele Salvio recuſum fuiſſe adcepi Peruſii 1669. cum additionibus. Qui horum librorum copiam habent, viderint, num hic liber revera ad Alexandrum pertineat, an, quod ſuſpicor, ad unum Michaelem?

Salvi (Michael Angelus)

Ex Ordine Servorum B. V. edidit lingua Italica Hiſtoriam ipſius Urbis Piſtorienſis in tres tomos diviſam, quorum primus prodiit Romæ per Ignatium de Lazaris 1656., ſecundus Piſtorii per Antonium Fortunati 1657, tertius Venetiis per Valvarenſem 1662. Oldoinus. Piſtorienſes Salvii Sodales ſchediaſmata ejus ſervant, in quibus diplomata plura, aliæque veteres chartæ deſcriptæ.

Sannazzaro (N. N.)

Corbinellius in collectione antiquorum Italicorum Poetarum, quam addidit libro Juſti de Comitibus inſcripto *la bella mano*, a ſeque nitidiſſimis Mamerti Patiſſon formis excuſo Pariſiis, edidit Hetruſcam Eclogam Sannazarii Piſtorienſis. Menagius quoque veluti antiquiſſimam illam laudat in adnotationibus ad hetruſca Caſæ carmina p. 15. Creſcimbenius Vol. I. L. IV. c. 8. & Vol. IV. L. I. Cent. I. n. 6. de tanta Ecloga iſtius vetuſtate dubitare viſus eſt. At præclariſſimi Diarii litteratorum Italiæ auctores T. XXXIV. p. 75. ubi novam Corbellinianæ collectionis editionem a celeberrimo Abbate Salvinio Florentiæ curatam a. 1715. expendunt, conjecturis ſane optimis eam Jacobo Sannazario tribuunt origine Ticinenſi, natali ſolo Salernitano.

Scarfantoni (Johannes Jacobus)

Præpoſitus Piſtorienſis Capituli, & Epiſcopi Piſtorienſis Vicarius Generalis, ſingulari juris utriuſque doctrina præditus obiit VI. Kal. Januar. a. 1748. mœrentibus bonis. Elogium Viri mihi olim amiciſſimi dedi in hiſtoria litteraria Italiæ Vol. I. p. 307. & ſeqq. Edidit.

I. Diſſertationem, *an cuncti Regulares non habentes ſpeciale indultum Sedis Apoſtolicæ poſt editionem S. Concilii Tridentini poſſint extra tempora a Jure ſtatuta ſacris Ordinibus initiari?* Lucæ 1716.

II. Animadverſiones ad Lucubrationes Canonicales Franciſci Ceccoperii. T. III. f. Lucæ, & Venetiis.

III. Alias legales Diatribas, quarum tamen longe plures reliquit ineditas, atque in his Diſſertationis nuper ineditæ, quam Albertus Cecchius Dominicanus edito ſub Lælii Herculis Paullini ementito nomine Lucæ 1717. *judicio* quodam impugnaverat, apologiam.

Digitized by Google

Scarpelli (Philippus)

Antonii Scarpellii & Prudentiæ del Vezzo filius, juris utriusque Doctor, ac Theologiæ Profeſſor, Protonotarius Apoſtolicus, & Petri Cardinalis Aldobrandini Vicarius Generalis Ravennæ. Edidit la S. Agneſe, Poema Eroico di cinque canti dedicato alla Santità di Paolo V. *Romæ 1616.* Settenario di virtù ſimboliche *Piſtorii 1633.* Le Litanie della Beatiſs. Vergine ampiamente eſpoſte in ottava rima, *& alia Opuſcula. Præclara hujus Viri mentio fit in tomo III. hiſtor. Piſtor. editæ a Michaele Angelo Salvi L. XXIII. pag. 233. & 248, poſtquam varia illius carmina adduxit Tomo I., præſertim in laudem mirabilium Imaginum Deiparæ ab Humilitate, ac a Lecto, & ad celebrandam fidelitatem Piſtorienſis Urbis propriam. Obiit a. 1634.* Oldoinus.

Addit Dondorius p. 341. Philippum obiiſſe Piſcienſis Epiſcopi Vicarium Generalem, ac *Theonæniam* edidiſſe *de Paſſione Domini.*

Segni (Julianus)

Chirurgus & Doctori Antonio Baldeſio Medico & Chirurgo Florentino familiaris, collegit quæſtiones a pluribus Doctoribus medicinæ in S. Mariæ novæ noſocomio habitas, inque ordinem pro conciliandis auctoribus redegit, limitationibus quoque & ampliationibus opportune reformavit: quæ per Johannem Caſtellium Chirurgum Virgrillatenſem ex Luniſiana in lucem editæ ſunt Florentiæ in officina Mareſcotti 1613. Sub libri finem additur ejuſdem Juliani diſſertatio *de oſſium capitis occultis noſcendis læſionibus ſecundum Hippocratis tabulas.*

Selva (Laurentius)

Vide *Gerbi.*

Serravallini (Renatus)

Piſtorienſis, ni fallor, ſcripſit ex Poſſevino in Bibliotheca ſelecta hiſtoriam patriam. Oldoinus.

Sigibuldi (Cinus, ſeu Ambroſinus)

E nobili Sigibuldorum, ſeu Sinibaldorum familia ortus eſt Cinus, qui Dinum Mugellanum in Juris diſciplinis quum habuiſſet inſtitutorem, Magiſtri ſui ceteroqui laudatiſſimi famam longe ſuperavit. Perusii Bartholum illuſtriſſimum Jureconſultorum decus primis legum elementis imbuit. Franciſco Petrarchæ in Italica poeſi, in qua etiam mirifice excellebat, magiſter fuit. In utraque vero facultate, in jure, inquam, & humanioribus litteris Johannem Boccaccium habuit auditorem; dignus propterea, de quo Giribaldus caneret.

Juris

Digitized by Google

Juris conſultum celebrem, celebremque Poetam
Noſce cupis? Cyni ſcripta diſerta legas.

Dantes eum in libro de vulgari eloquentia adpellat amicum ſuum. Quo loco obierit Cinus, non una eſt auctorum ſententia. Bartholum ſi audias, Bononiæ exceſſit ille e vita, humarique voluit juxta præceptorem ſuum Dinum. Sed longe veroſimilior eſt illorum opinio, qui cum Pancirolo *de claris legum Interpretibus* L. II. c. 58., Dondorio p. 19., & Nicolao Comneno Papadopolo in hiſtoria Gymnaſii Patavini T. II. lib. I. c. I. n. 7. putant, Cinum Piſtorii mortuum, tumulatumque fuiſſe. Enimvero in templo Urbis illius principe mauſoleum exſtat ab Andrea Piſano ſculptore celeberrimo elegantiſſime elaboratum cum hac epigraphe:

Cino. eximio. Juris. interpreti. Bartoliq. Præceptori. digniſſimo. Popul Piſtor. Civi. ſuo. B. M. *Fecit. Obiit.* A. D. CIↃCCCXXXVI.

Alio in Templi illius loco olim ſepulcrum hocce poſitum fuerat; ſed anno CIↃIↃC in eum, in quo nunc conſpicitur, locum translatum eſt. Quo tempore inventa ejus oſſa, inventos cineres ſub Templi pavimentum viſum eſt tumulare hac adjecta inſcriptione:

Oſſa Domini Cini J. C. emeritiſſimi ex antiquo Sarcophago ad cenotaphium ſuum recollecta. Anno Salutis MDC. XIIII. *Februarii.*

De anno, quo Cinus mortuus eſt, non eſt, cur dubitemus, quum Piſtorienſis inſcriptio annum notet CIↃCCCXXXVI. Nam quod in eadem Inſcriptione apud Dondorium annus legitur MCCCXLVI., typographicus certe error eſt. Marmor ipſe olim conſului; tum iſta multis poſt annis recognoſcens, ſuborta dubitatione aliqua, ad Gabrielem Franceſchi Presbyterum Piſtorienſem, quo Piſtorii degens utebar Amanuenſi, litteras dedi; his autem ille reſpondens ait, adiiſſe ſe Templum, & annum CIↃCCCXXXVI. lapidi omnino inſculptum vidiſſe. Duo tamen eſſe intelligo, quæ huic ſententiæ adverſentur. Nam (quod Creſcimbenius notavit Vol. II. Comment. p. II. L. VII. §. IV.) Sennuccius del Bene Florentinus Romanam Petrarchæ coronationem deſcribens, ait, Cinum ad ſingulare hoc ornamentum, quo Romanus Senatus Petrarcham decorarat, carmine reddendum adgreſſum fuiſſe. Quum itaque Petrarcha triumphans Romanum Capitolium intrarit VI. Idus Aprilis a. 1341., hunc ſaltem annum adtigerit Cinus, Johannis Boccaccii quoque epiſtola

Digitized by Google

exſtat ad Cinum, quam edidit doctiſſimus Antonius Maria Biſcionius; ea autem ſcripta dicitur XIII. Kal. Maii a. 1338. Anne autem ad mortuum Cinum litteras dederit Boccaccius? Verum facilis utrique argumento reſponſio occurrit. Nam ſuppoſitum Sennuccio opus illud, quod primum objiciebatur, multa ſunt, quæ oſtendant. Vide Diarium litterat. Ital. T. VIII. p. 190., cujus eruditiſſimi auctores eam Sennuccii narrationem ab Hieronymo Marcatello Patavino Canonico, a quo primum divulgata fuit Patavii a. 1549, confictam fuiſſe ſubſpicantur. Quod vero ad Boccaccii epiſtolam ſpectat, ibi in menſis & anni adnotationem error inrepſit manifeſtiſſimus. Nam in iis litteris Boccaccii pater mortuus dicitur; atqui non ante Julium a. 1348. vita functum fuiſſe Johannis patrem luculentiſſimis argumentis comprobatum eſt a Cl. Mannio in libro, cui titulum fecit: *Illuſtrazione del Boccaccio* p. I. c. IX. pag. 21. Qui quidem error facile Amanuenſi tribui potuit, qui numeralem notam X. prætermiſerit, ac menſem ſola initiali littera A. adſcriptum inveniens *Aprilem* inſcite interpretatus fuerit, quum *Auguſtum* a. 1348. legere debuiſſet. Atqui heinc quæ contra emortualem Cini annum adferebatur, argumentationi majus robur adcedit. Non negavero. Dicam tamen cum eodem Mannio (ibid. p. 23) aut ſuppoſititiam epiſtolam illam eſſe, aut Cino perperam inſcriptam ex falſis conjecturis ab homine, qui eam poſtea exaravit, quum illius, ad quem miſſa ab Johanne fuerat, nomen deeſſet in autographo.

De Cino præter citatos auctores agunt Trithemius c. 575. Janus Vincentius Gravina *de originibus Juris Civilis*, Fabricius l. III. Biblioth. Latinæ mediæ, & infimæ Latinitatis p. 1063., Quadrius vol II. p. 173. aliique paſſim. Oldoinus quoque Cini meminerat in ſuo MS. Piſtorienſium Scriptorum Catalogo; ſed parcius, quam tantus vir meruerat.

Scripſit ſuper Codicem libros IX., qui MSS. adſervantur in Regia Taurinenſi Bibliotheca Codice inter Latinos CCCXXXII.; in primam partem ff. veteris lib. I.; in ſecundam partem lib. I.; additiones in reliquas lib. I. Lugduni a. 1526. prodiit liber hoc titulo: *Cyni de Piſtorio famoſiſſimi Legum Explanatoris ſubtilis, & admodum utilis ſuper ff veteris lectura hactenus non impreſſa*. Aliqua *de ſucceſſione ab inteſtato* ſcripſit Cinus, quæ habes in libro prænotato: *Selecti tractatus ſucceſſ.* Venetiis 1570.

Hetruſca quoque carmina ſcripſit, quorum tres MSS. codices exſtant Florentiæ in Richardiana Bibliotheca. Eos recenſet clariſſ. Lamius in eius Bibliothecæ catalogo p. 127. Edita hæc carmina ſunt I. in libro inſcripto: *Sonetti e Canzoni di diuerſi antichi Autori Toſcani in dieci libri*, Florentiæ apud heredes Philippi Junctæ 1527., qui liber paucis abhinc annis iterum Venetis typis expreſſus eſt, iiſque non inelegantibus.

2. Cu-

Digitized by Google

2. Curante Nicolao Eillio Romæ 1559. 3. Venetiis a. 1589. ſtudio E. F. Fauſtini Taſſi ex Ordine Minorum, quæ editio ceteris copioſior eſt. Monet Creſcimbenius vol. v. lib. 11., in quadam hetruſcorum carminum collectione legi aliqua ejuſmodi carmina ſub Cini nomine, quæ Franciſcum Ceum ſeculi xv. poetam revera auctorem habent. Ceterum quod ab eodem Creſcimbenio *in hiſt. vulg. Poeſ.* lib. 111. p. 178. adfertur Cini carmen, Cino abjudicatur a Muratorio *perf. Poeſ.* T. 11. p. 46. Inedita Cini Italica ode legitur in Codice LXIII. inter Italicos Venetæ Bibliothecæ S. Marci.

Dondorius p. 363. Cini epiſtolam ad Franciſcum Petrarcham Bononiæ ſcriptam XIII. Kal. April. 1328. primus edidit. Aliam ego ex autographo divulgavi T. XXX. Collect. Caloger. p. 492.

Maraccius in Biblioth. Mariana ſcribit, Cinum carmina Italica edidiſſe *de myſteriis Roſarii* B. M. V. Fides ſit penes ipſum, qui certe inſigni errore (hunc tamen typographo malim tribuere) addit, *emicuiſſe Cinum circa annum* 1550.

Sozomenus.

Quæ ad Sozomenum ſpectant, dedimus lib. 1. hujus Biblioth. parte 111.

Sozzifanti (Atto)

Seminarii Romani convictor, carmen Latinum edidit Romæ typis Jacobi Maſcardi a. 1630. cum titulo: *Ludi natalitii in anniverſario natæ Virginis*. Oldoinus.

Edidit etiam Oden inſcriptam: *augurio di feliciſſimo viaggio alle galere del Sereniſs. Gran Duca Ferdinando I.*, Piſis 1635. 4. Cinellius T. 4. noviſs. edit. p. 255.

Sozzifanti (Joſephus Franciſcus)

E Societate Jeſu, ſub Creſcentis Romuli Tebertelli Piſtorienſis Sacerdotis libellum divulgavit in patria Urbe a. 1688. prænotatum: *Breve riſtretto della ſanta vita, e patrocinio glorioſo di S. Liborio Veſcovo, e Confeſſore*. Cinellius T. IV. p. 291., ubi tamen duo peccat Vir eruditus, Terbettellum ſcribens, annumque adnotans editionis 1668.

T

Taivoli (Laurentius)

DOminicanus hiſtorias Piſanæ Urbis conſcripſit circa ann. 1541. Earum MS. exemplum Piſis exſtitiſſe apud Canonicum Tronci adfirmat Dondorius p. 347.

Digitized by Google

Taviani (Ludovicus)

Scriptis in jure nobilis. Eius sunt commentaria ad titulum *de capite minutis*. Dempsterus.

Tebaldi (Cinus)

Marci J. C. Filius, & a. 1308. publicus Legum Interpres Florentiæ, de quo Pancirolus *de Claris legum Interpretibus*, Dempsterus, & Dondorius p. 338. *Ejus consultationes* a doctis leguntur, & laudantur, & sunt; ut illa ferebat ætas eruditæ.

Tebertelli (Crescens Romulus)

Vide *Sozzifanti Josephum Franciscum*.

Tolomei (Jacobus)

Seminarii Romani Convictor. Edidit Orationem de S. Spiritus adventu a se habitam ad Urbanum VIII. P. M. a. 1630. quæ deinde cum aliis recusa fuit a. 1645., inscriptaque Innocentio X. P. M. Idem ex typographia Jacobi Mascardi a. 1631. edidit latinum, græcum carmen de nata Deipara. *De hoc auctore Leo Allatius in Apibus Urbanis*. Oldoinus. Vide & Cinellium T. IV. p. 303. Vulgavit etiam Romæ 1663. Italicum Epithalamium in nuptiis Bernardini Galli & Eleonoræ Ferretiæ.

Tolomei (Joh. Baptista) S. R. E. Cardinalis.

De hoc dignitate, doctrina, moribusque spectatissimo viro, adi appendicem nostram ad hunc alterum Bibliothecæ Pistorienſis librum. Consule etiam Eggsii *Purpuram doctam*, P. Baltus epistolam, qua Ptolomæo nostro inscripsit eruditissimum librum a se prænotatum *Jugement des SS. Peres sur la Morale de la Philosophie Payenne*, editumque Argentorati 1719. & Commentariorum de rebus pertinentibus ad Angelum Mariam Quirinum partem primam.

Torricelli (Franciscus)

Canonicus Regularis Abbas in Congregatione Lateranensi, Evangelii præco sua ætate celebris præcipuarum Italiæ Civitatum lustravit suggestus tam infra annum, quam Adventualia, & Quadrageſimalia Evangelia explicans. Cœnobii patrii renunciatus Abbas, secundo vix dum gubernationis expleto mense, quum annum ageret suæ ætatis duodetricesimum, omnium mœrore e vita raptus est a. 1609. A tanto viro posteritati supersunt fœcundi intellectus indicia verius, quam fœtus, non-

nullæ

Digitized by Google

nullæ conciones Italicæ, quas in unum collegit, ac poſt ejus obitum evulgavit Eugenius Pacianus Mutinenſis Ferrariæ 1611. Scripſit etiam Orationem latinam, editam Patavii 1605., qua oſtendit, quam neceſſaria ſuæ Religionis comitia, habitam in eadem Patavina Urbe in ædibus Viridarianis ad Seraphinum Merlinum Abbatem S. Mariæ Pacis de Urbe. Meminere tanti Viri Johannes Dominicus Iſippi, Euſtachius Patelarius Cretenſis, & Celſus Rotinus in Lyceo Lateranenſi. Oldoinus.

Adde Dondorium p. 341. & Vannotium T. III. epiſt. p. 202. & 207.

Torselleri (Dinus)

Conſiſtorialis advocatus circa a. 1385. floruit. De eo Dondorius p. 339., & Dempſterus. Summis illum quoque laudibus effert Petrus Ricciardius, in ea, quam in appendice edam de Piſtorio Italica ode, atque in ſuis ad hanc adnotationibus; teſtificatur præterea habuiſſe ſe Dini conſilia ſex. Jacobus Philippus Thomaſinus in Biblioth. MS Patavina ait p. 57. Patavii exſtare in Bibliotheca PP. S. Antonii codicem MS. in quo Dini opus *in* VI. *Decret. Reg. juris*.

V

Vannini (Vincentius)

Merlinius Piſtorii ſervat hujus carmina Italica.

Vanozzi (Bonifacius)

Protonotarius Apoſtolicus ab anno 1604. Cardinali Gregorii XIV. nepoti a ſecretis, qui, ut ait Janus Nicius Erythræus (Pinacoth. parte II.) *niſi fortunæ malignitas, quæ virtuti fere ſemper obſiſtit, interceſſiſſet, ad ſummam fuiſſet amplitudinem perventurus*. Angelo Conſtantio, Mureto, Gabriele Chiabrera, Hercule Ciofano Sulmonenſi (de hoc Fabricius in Bibl. lat. ubi de Ovidio) aliiſque doctiſſimis Viris præter Fideliſſimum; Petrum Ricciardum, ceteroſque Piſtorienſes, amicis uſus eſt. Juvat heic adſcribere Ciofani hendecaſyllabon ad eumdem.

O flos ingenii elegantioris,
Urbe Parthenopes manens legebas
nugas ſæpe meas: at ut Venafri
vivis, a peramante nil legiſti
adfecto variis malis per annum.
Legas ergo, licet Venafri in urbe,
paucos verſiculos rudis camœnæ

dedu-

Digitized by Google

deductos animo moleſtiore.
Queis tamen volui benignioris
Virginis celebrare facta quædam
Tu hos judicio Atticis ſalinis
condito videas, peto, rogoque.

Amoris in Societatem noſtram ſui Vannotius duo edidit in epiſtolis præclariſſima monumenta. Nam in litteris ad Hieronymum Baldinottum T. II. p. 304. ſcribit: *Queſti Padri del Geſu giovano al mondo notabilmente; ma nell' erudire la gioventu chi gli agguaglio mai?* Tomo autem epiſtolarum tertio p. 719. his utitur verbis erga nos benevolentiæ plenis: *gloria immortale ſi guadagnano in queſto fatto ancor i molto RR. PP. Geſuiti con tante ſcuole, Collegj e Seminarj, ne' quali con la bontà de' coſtumi eruditcono la gioventu, con avanzo, & acquiſto notabiliſſimo di chi ſa, e vuol prevalerſene; & perciò in ogni Città, che habbia del civile, e del nobile, dovrebbe procurarſi il modo di farvi venire di que' Padri per beneſizio della lor figliuolanza, vedendoſi il giovamento, che ne cavano que' luoghi, dove per buona ventura vivono, ed inſegnano detti Padri, che ne ſanno la quinteſſenza.* Obiit Vannotius, Salvio teſte, a. 1621. Edidit.

Epiſtolarum Italicarum tomos tres, primum Venetiis 1606., alterum Romæ biennio poſt, tertium Bononiæ 1617. Tres item tomos inſcriptos *Supellettile degli Avvertimenti Politici, Morali, e Criſtiani*; Bononiæ primum 1609. ſecundum a. 1610. tertium denique 1613.

Alia plura ſcripſit. I. de Immunitate contra Venetorum Reinpublicam (T. II. epiſt. p. 178.) II. antiapologeticum pro voto Illuſtriſſ. Columnæ contra Epiſcopos Venetos (ibid.) III. Exalogiſmum, ſeu Dialogum in funere D. Franciſci Principis Medicei (T. III. epiſt p. 574.) IV. Tractatum de humilitate, quem miſit Cappuccino Fr. Jacobo de Piſtorio (T. II. epiſt. p. 603.) V. Orationem latinam, quam Paullo Ciato miſit emendandam.

Ejus epiſtolæ plures nactæ ſunt adverſarios; pro illis tamen alii ſteterunt. Vide T. II. epiſtol. ejuſdem Vannotii p. 467. & 489.

Vessillini (Philippus)

Johannes Lamius Philippi Vexillini Piſtorienſis ad Reverendiſs. D. Antonium Puccium Antiſtitem Piſtorienſem *de calamitatibus ſuæ patriæ*: librum ſe brevi editurum pollicitus eſt aliquot ante annos. Fidem tamen (quod ſciam nondum liberavit.

Vezzi (Hieronymus)

Merlinius hujus carmina hetruſca ſervat MS.

Digitized by Google

VEZZI (Petrus Antonius)

Eum tum latina, cum hetrusca poesi insignem fuisse tradit Vannotius T. II. epist. p. 57. Merlinius enimvero ejus aliquot carmina habet.

del VEZZO (Philippus)

Et hujus MSS. carmina vidi MSS. apud Merlinium.

VILLANI (Nicolaus)

Poeta insignis, & Philosophus XVII. seculo clarus. Edidit *Epitalamium in nuptiis M. Antonii Burgheſii, & Camillæ Urſinæ Principum Sulmonæ, Viterbii apud Petrum diſcipulum* 1619. *De laudibus Gregorii XV. P. M. carmen, Viterbii apud eumdem* 1621.; *Ad Nicolaum Ludoviſium Venuſii Principem Iſabellæ Geſualdæ Sponſæ epiſtolam*, quæ respondet alteri sub nomine Principis Ludovici ad dictam Isabellam editæ a Virginio Cæsarino, Romæ 1622. apud Alexandrum Zanottum sub *Victorii Ruſtici* nomine prodiit ea epistola; Sed Villanii certe est: hinc a Cæsarino consultus de auctore Scioppius respondit: *recognoſce ſtylum Villanicum Hendecaſyllabon in Aldinam Hieronymi Aleandri; Notas ad primam partem Hiſtoriarum Albertini Muſſati*, Venetiis apud Antonium Pinellum 1629. (Vide Scriptores rerum Italicarum) cum historiam Mussati, *Poematium ad Dominicum Molinum* cum titulo *ad bonam frugem*, Venetiis apud eumdem eodem anno; Satyras duas elegantes, de quibus Nicius Erythr. *in Pinacoth.*, Cinellius T. IV. p. 359. & Crescimbenius in hist. *vulg. Poeſ* L. II. p. 156. Italice vero vulgavit I. *Poeſie ſopra Venezia ibid.* 1731. II *Pareneſi all' Italia nelle preſenti calamità*. III. *Canzone in lode d' Urbano III.* IV. *Canzone in lode del Sig. Bali Giulio Pucci per il ſuo governo di Piſtoja*. V. *Ottave per la partenza da Roma per la Sabina, dedicate al Cardinal Barberino*. VI. *Ragionamento dell' Accademico Addeano ſopra la poeſia giocoſa de' Greci, de' Latini, e de' Toſcani, con alcune poeſie piacevoli del medeſimo autore*. Venetiis apud Johannem Petrum Pinellum 1634. 4. VII. *Uccellatura di Vincenzo Foreſe all' occhiale di Tommaſo Stigliani, ed alla diſeſa di Girolamo Aleandro*, qui contra Stiglianum edito Venetiis libro Marini Adonem defenderat, Venetiis apud Antonium Pinellum 1630. VIII. *Conſiderazioni di Meſſer Fagiano ſopra la ſeconda parte dell' occhiale dello Stigliani, e ſopra la ſeconda diſeſa di Girolamo Aleandro*, Venetiis apud Johannem Petrum Pinellum 1631. Postumum est, illudque imperfectissimum Poema inscriptum *Fiorenza diſeſa*, Romæque editum 1641. cura Abbatis Onuphrii Hippoliti. Alia moriens VI. Non. octobris a. 1636. reliquit opera, de quibus Dondorius p. 351. De eo Leo Allatius in *appibus Urbanis*

Digitized by Google

deductos animo moleſtiore.
Queis tamen volui benignioris
Virginis celebrare facta quædam
Tu hos judicio Atticis ſalinis
condito videas, peto, rogoque.

Amoris in Societatem noſtram ſui Vannotius duo edidit in epiſtolis præclariſſima monumenta. Nam in litteris ad Hieronymum Baldinottum T. 11. p. 304. ſcribit: *Queſti Padri del Geſu giovano al mondo notabilmente; ma nell' erudire la gioventu chi gli agguaglio mai?* Tomo autem epiſtolarum tertio p. 719. his utitur verbis erga nos benevolentiæ plenis: *gloria immortale ſi guadagnano in queſto fatto anco i molto RR. PP. Geſuiti con tante ſcuole, Collegj e Seminarj, ne' quali con la bontà de' coſtumi erudiſcono la gioventu, con avanzo, & acquiſto notabiliſſimo di chi ſa, e vuol prevalerſene; & perciò in ogni Città, che habbia del civile, e del nobile, dovrebbe procurarſi il modo di farvi venire di que' Padri per benefizio della lor figliuolanza, vedendoſi il giovamento, che ne cavano que' luoghi, dove per buona ventura vivono, ed inſegnano detti Padri, che ne ſanno la quinteſſenza.* Obiit Vannotius, Salvio teſte, a. 1621. Edidit.

Epiſtolarum Italicarum tomos tres, primum Venetiis 1606., alterum Romæ biennio poſt, tertium Bononiæ 1617. Tres item tomos inſcriptos *Supellettile degli Avvertimenti Politici, Morali, e Criſtiani*; Bononiæ primum 1609. ſecundum a. 1610. tertium denique 1613.

Alia plura ſcripſit. I. de Immunitate contra Venetorum Reinpublicam (T. 11. epiſt. p. 178.) II. antiapologeticum pro voto Illuſtriſſ. Columnæ contra Epiſcopos Venetos (ibid.) III. Exalogiſmum, ſeu Dialogum in funere D. Franciſci Principis Medicei (T. 111. epiſt p. 574.) IV. Tractatum de humilitate, quem miſit Cappuccino Fr. Jacobo de Piſtorio (T. 11. epiſt. p. 603.) V. Orationem latinam, quam Paullo Ciato miſit emendandam.

Ejus epiſtolæ plures nactæ ſunt adverſarios; pro illis tamen alii ſteterunt. Vide T. 11. epiſtol. ejuſdem Vannotii p. 467. & 489.

Vessillini (Philippus)

Johannes Lamius Philippi Vexillini Piſtorienſis ad Reverendiſs. D. Antonium Puccium Antiſtitem Piſtorienſem *de calamitatibus ſuæ patriæ*: librum ſe brevi editurum pollicitus eſt aliquot ante annos. Fidem tamen (quod ſciam nondum liberavit.

Vezzi (Hieronymus)

Merlinius hujus carmina hetruſca ſervat MS.

Digitized by Google

VEZZI (Petrus Antonius)

Eum tum latina, cum hetrusca poesi insignem fuisse tradit Vannotius T. II. epist. p. 57. Merlinius enimvero ejus aliquot carmina habet.

del VEZZO (Philippus)

Et hujus MSS. carmina vidi MSS. apud Merlinium.

VILLANI (Nicolaus)

Poeta insignis, & Philosophus XVII. seculo clarus. Edidit *Epitalamium in nuptiis M. Antonii Burgheſii, & Camillæ Urſinæ Principum Sulmonæ, Viterbii apud Petrum diſcipulum* 1619. *De laudibus Gregorii XV. P. M. carmen, Viterbii apud eumdem* 1621.; *Ad Nicolaum Ludoviſium Venuſii Principem Iſabellæ Geſualdæ Sponſæ epiſtolam*, quæ respondet alteri sub nomine Principis Ludovici ad dictam Isabellam editæ a Virginio Cæsarino, Romæ 1622. apud Alexandrum Zanottum sub *Victorii Ruſtici* nomine prodiit ea epistola; Sed Villanii certe est: hinc a Cæsarino consultus de auctore Scioppius respondit: *recognoſce ſtylum Villanicum Hendecaſyllabon in Aldinam Hieronymi Aleandri; Notas ad primam partem Hiſtoriarum Albertini Muſſati*, Venetiis apud Antonium Pinellum 1629. (Vide Scriptores rerum Italicarum) cum historiam Mussati, *Poematium ad Dominicum Molinum* cum titulo *ad bonam frugem*, Venetiis apud eumdem eodem anno; Satyras duas elegantes, de quibus Nicius Erythr. *in Pinacoth.*, Cinellius T. IV. p. 359. & Crescimbenius in hist. *vulg. Poeſ* L. II. p. 156. Italice vero vulgavit I. *Poeſie ſopra Venezia ibid.* 1731. II *Pareneſi all' Italia nelle preſenti calamità*. III. *Canzone in lode d' Urbano III.* IV. *Canzone in lode del Sig. Bali Giulio Pucci per il ſuo governo di Piſtoja*. V. *Ottave per la partenza da Roma per la Sabina, dedicate al Cardinal Barberino*. VI. *Ragionamento dell' Accademico Addeano ſopra la poeſia giocoſa de' Greci, de' Latini, e de' Toſcani, con alcune poeſie piacevoli del medeſimo autore*. Venetiis apud Johannem Petrum Pinellum 1634. 4. VII. *Uccellatura di Vincenzo Foreſe all' occhiale di Tommaſo Stigliani, ed alla difeſa di Girolamo Aleandro*, qui contra Stiglianum edito Venetiis libro Marini Adonem defenderat, Venetiis apud Antonium Pinellum 1630. VIII. *Conſiderazioni di Meſſer Fagiano ſopra la ſeconda parte dell' occhiale dello Stigliani, e ſopra la ſeconda difeſa di Girolamo Aleandro*, Venetiis apud Johannem Petrum Pinellum 1631. Postumum est, illudque imperfectissimum Poema inscriptum *Fiorenza diſeſa*, Romæque editum 1641. cura Abbatis Onuphrii Hippoliti. Alia moriens VI. Non. octobris a. 1636. reliquit opera, de quibus Dondorius p. 351. De eo Leo Allatius in *appibus Urbanis*

Digitized by Google

nis, Oldoinus, cui aliqua addidimus, Salvius T. III. p. 274. Fontaninius in libro *della eloquenza Italiana* non ſemel, Quadrius vol. II. p. 490.

Illud non omittendum, multum debere nos Nicolao Villanio, qui in libro *de jocoſa poeſi* verum *Socraticorum amorum ſub Fidentii Gloſtocriſii Ludimagiſtri* nomine divulgatorum nobis auctorem detexerit, nempe Comitem Camillum Scrofam Viceſinum, de quo videſis Tomum II. *Supplementorum ad diarium litteratorum Italiæ* artic. X. p. 438. & ſeq. Nam non defuere ex hæreticis male ſani aliqui, qui amores illos Clementi VIII. tribuerint. Sed Villanii teſtimonio eorum audacia retunditur, quemadmodum eſt etiam animadverſum a P. Angelico Aproſio Ventimiglia in ſua Bibliotheca Aproſiana p. 640.

Vinci (Antonius)

Aliquot eius carmina hetruſca cum carminibus Bernardi Bellincionii Poetæ Florentini, Mediolani edita ſunt a. 1493. per Magiſtrum Philippum de Montegattis. Quadrius vol. II. p. 210.

Visconti (Johannes)

Antonii Viſconti filius novemdecim annos natus Piſis dum ſtudiis operam daret *Umbroſorum* Academiæ adſcriptus eſt, cujus etiam ſtatuta cultiore ſtylo reformavit. Sexto autem, & viceſimo ætatis anno ibidem Juris profeſſor eſt conſtitutus, quo munere dum fungitur cum Camillo Accariſio Senenſi, & Nicolao Simio Lucenſi in eodem Piſano Lyceo magiſtris inſignem alium Eruditorum cœtum inſtituit, indito nomine *de' diſuniti*. Aliam in patria Piſtorienſi urbe hujuſmodi Societatem ſtatuit, cui nomen *gli aſſicurati*. Se Deo totum deinde dicavit ſacris ordinibus. Tum a Firmano Senatu ad Gymnaſium illud adcerſitus primarius Juris interpres ibi leges explanavit magna ſui nominis commendatione. Canonicatu deinde in patriæ principe templo a Cardinale Barberino donatus Piſtorium recepit, ſed Equitum S. Stephani, quos inter recenſus fuerat, a magno Hetruriæ Duce Præſul renunciatus Piſas contendit. Tandem VIII. idus octobris 1647. meritorum plenus vita deceſſit, atque in Jeſuitarum templo tumulatus eſt doctiſſimus, & ſanctiſſimus præſul. Eius vitam conſcripſit P. Sebaſtianus de Comitibus, ex qua damus heic operum catalogum.

Opera ante doctoralem lauream conſcripta.

Trattato ſopra la Rettorica, e Poetica. Impreſe e motti. Diſcorſi accademici. Sylva rerum notabilium. Carmen in laudem S. Caroli una cum aliis Poeticis Scriptionibus

Digitized by Google

bus impreſſum typis in Ethicam Ariſtotelis. In eiuſdem Ariſtotelis artem Rethoricam. Cultura poetica. Formularium epiſtolarum. Aurea ſupellex epiſtolarum. Aurea ſupellex ſententiarum. Problemata utriuſque iuris cum elogiis, & epigrammatibus impreſſa.

Opera ante Sacerdotium ſcripta.

Gli ſtati degli uomini con paradoſſi politici, e morali. Orazione nel Capitolo de' Cavalieri di S. Stefano: *edita*. Commentarii in primum librum inſtitutionum civilium, *impreſſi*. Ornamenta juris civilis. Tractatus in Pandectas, Laureæ, præfationes, orationes, lectiones, atque interpretationes variæ. De legali diſciplina. Carmen in laudem Ferdinandi II. Magni Hetruriæ Ducis, *impreſſum*.

Opera ante quam præſul renunciaretur, compoſita.

La Catena d'oro per l'anime del purgatorio, *edita*. La regola della vita ragionevole, e tranquilla, *edita*. Meditazioni per tutti i giorni dell'anno, ſopra la vita e paſſione di Geſu. *editæ*: Rocca della Paſſione, *edita*. Lo Spoſo dell'anima, *editus*. Nuova pratica della preſenza ed amor di Dio, *imperfectum opus*. La trasformazione dell'amor proprio con l'arte di ſuperarlo, *inchoatum opus*. Affetti unitivi, *editi*, *immo vero Maceratæ recuſi a.* 1674. Iſagogæ, ſeu introductio in IV. libros Inſtitutionum, *typis excuſa*.

Opera ab Johanne Præſule elucubrata.

La luce del Divino amore. Specchio di conſolazione, *editum*. La dilettazione del cuore. Varii concetti ſpirituali, *editi*. L'amor Crocifiſſo de' Sacri Cantici, *opus imperfectum*. Le glorie degli anni di Maria, *inchoatum opus*. Eſclamazioni di ſpirito. Caſi di coſcienza, e riti Eccleſiaſtici. Oſſervazioni Iſtoriche, e lezioni accademiche, *quorum aliquæ editæ, aliæ ineditæ ſunt*. La guardia del cuore, *edita*. Lettere, e diverſi altri inſegnamenti, *editæ*, *iterumque excuſæ Florentiæ* 1716.

De eo Cinellius in ſua Bibliotheca T. 4. p. 272. Dondorius p. 344. Salvius T. III. p. 305. e ſeg.

Visconti (Salluſtius)

Hujus mentio occurrit mihi in MS. catalogo opuſculorum, quæ Merlinius ſervat MS.

Vongesco (Sebaſtianus)

Ord. Servorum B. V. qui ad Deum abiit die 11. Februarii a. 1546. Compoſuit regulas Societatis Conceptionis B. Mariæ a ſe in urbe Piſtorienſi erectæ; de hoc Maraccius in Bibliothe. Mariana. *Oldoinus*.

Digitized by Google

Z

ZANOBINUS.

PIstorienſis Canonicus. Scripſit *de bello civili Piſtorienſium*; quod opus uſque ad annum MD. ſervatum fuit inter MS. Codices cancellariæ Civitatis. Huic Dondorius p. 355. tribuit Hiſtorias Piſtorienſes elegantiſſimo Italico ſtylo deſcriptas, quæ Florentiæ primum excuſæ ſunt. a. 1578., deinde inter Scriptores rerum Italicarum a Muratorio cl. Viro typis iterum ſunt impreſſæ.

ZENONI (Zeno)

Anno 1374. Italico carmine (non latino, quod Salvius perperam ſcripſit T. II. p. 135.) cui titulum fecit *pietoſa fonte* mortem Franciſci Petrarchæ proſecutus eſt. Johannes Lamius, qui anno 1743. in *deliciis eruditorum* hoc opus primus divulgavit, ait, Salvium unum eſſe, qui Zenonis meminerit. At eiuſdem meminit etiam Vannotius T. II. *Miſcellaneorum* ab eodem Salvio in margine citatus, & Dondorius p. 356. Vide etiam Quadrium vol. IV. p. 192.

APPENDIX

Ineditorum maximam partem monumentorum.

QUas Piſtorienſium quinque celeberrimorum hominum vitas in Bibliotheca promiſimus nos, heic edituros, habeto iam, Lector humaniſſime, temporum, quo vixerunt ii, ordine ſervato. Quare primum locum damus Nicolai Fortiguerræ Cardinalis ampliſſimi vitæ; hanc vita Scipionis Fortiguerræ excipiet, eiuſdem latina epiſtola, ac duobus carminibus aucta. Vitas deinde dabimus Joh. Petri Fortiguerræ Epiſcopi Bituntini, Alexandri Marchetti, atque Johannis Baptiſtæ Ptolomæi. Adcedent his omnibus adnotationes noſtræ, ac plura ad eaſdem vitas ſpectantia monumenta. Fidem quoque noſtram liberabimus, Michaelis Fortiguerræ epiſtolas, & latina carmina aliquot divulgantes, ac ſpecimen Italicorum Petri Ricciardi carminum. Quæ ad Fortiguerras adtinent, ſi vitam Scipionis Carteromachi, latinam eius epiſtolam, & carmen primum excipias, illam in diario literatorum Italiæ, hæc in editione Scriptorum hiſtoriæ Auguſtæ, quam in Bibliotheca commemoravimus, iam antea in lucem emiſſa, nunc primum prodeunt ex MSS. exemplis; quæ in ædibus ſuæ nobiliſſimæ gentis adſervata anno 1743.

mira

Digitized by Google

mira facilitate conceſſit mihi deſcribenda verendorum morum ſenex Prior de Forteguerris. Ex MS. quoque apographo Ricciardi carmina edemus. Unum illud dicendum ſupereſt, mendoſum fuiſſe exemplum illud Michaelis Fortiguerræ epiſtolarum, unde eas excribere ſum coactus. Malui enim vero ſæpius in Græcis præſertim, errores edere manifeſtos, quam quidquàm immutare, atque indiligentior videri, quam minus fidelis in apographo meo reddendo.

I.

Nicolai Fortiguerræ Cardinalis Vita ab Johanne Baptiſta Tortiguerra ſcripta ex Piſtorienſi MS. exemplo nunc primmedita.

MEſſer Niccolà di m. Bartolommeo di Bartolommeo di Niccola nacque ſotto benigna ſtella nel 1419. cominciò a dimoſtrare ne' ſuoi più teneri anni la vivacità dell' ingegno ſuo, ed il deſiderio grande, ch' egli aveva d' imparare, e di ſtudiare, e dove gli altri dell' età ſua attendono agli ſpaſſi, e giuochi fanciulleſchi, egli che per natura era inclinato alle lettere, non perdeva inutilmente il tempo. Atteſe ſino a 18. anni alla gramatica, alla Rettorica, e Dialettica, e poi conſiderando l' eccellenza, e frutto, che ſi trae dalle leggi, per le quali ſi regge, e governa il mondo, ſi diede allo ſtudio di quelle, ed eſſendo egli ſtato eletto dagli operai di Sant' Jacopo di Piſtoja in ſcolare per andare a ſtudiare a Padova, ſecondo la diſpoſizione e teſtamento di m. Michele de Ceſis, certi invidioſi, e maligni cercarono di fare impedire, e revocare la detta elezione, ed eſſendo la cauſa avanti al Magiſtrato de' Signori, eſſi a 5. di Luglio 1439. dichiararono, e ſentenziarono, come è ſcritto nel libro delle riformazioni e provviſioni della noſtra Città nel detto anno c. 27. Il tenore e ſententia mi è piaciuto per intelligenzia de' Giovani tradurre di parola in parola dalla latina lingua nella noſtra volgare.

Nel nome di Gesù Criſto Amen. L' anno del Sig. 1439. indizione ſeconda al tempo del Sig. Eugenio per la divina provvidenza Papa IIII. nel giorno di Domenica à 5. del meſe di Luglio;

Li magnifici Sigg. Priori di Piſtoja inſieme congregati nella quarta Sala del Palazzo della lor ſolita reſidenza, aſſente non di meno il Gonfaloniere di Giuſtizia della detta città, perchè di lui non era ſtato ancora provveduto per mancamento degli eſtratti; avendo avuta piena notizia dell' elezione, e nominazione fatta di m. Niccola, figliuolo di Bartolommeo di un altro Bartolommeo di Niccolà da Piſtoja Studente nelle leggi civili per i nobili huomini Zelone di ſer Bartolommeo, ſer Atto di Giovanni, Jacopo di ſer Filippo, e Jacopo di Meo Pilagi, Cittadini di Piſtoja, e Operai dell' opera di S. Jacopo della detta Città di Piſtoja, della quale elezione appare per mano di ſer Buto Ducci di Piſtoja notaio pubblico, in virtù e vigore del legato fatto già nel teſtamento per m. Michele de Ceſis, e dell' autorità, e commiſſione conceduta, e data alli detti Operai nel detto teſtamento, & ancora in virtù e valore della compoſizione, & accordo fatto tra gli Operai dell' Opera predetta da una parte, e Gimignano de Ceſis da Modana dall' altra, e veduto, e conſiderato tutte le coſe, che erano da vederſi, e conſiderarſi, e veduto maſſimamente, e conſiderato,

Digitized by Google

che dagli Scolari di Piſtoja, e atti a far profitto, e pervenire al grado, e all'altezza del Dottorato delle leggi civili, e per conſeguenza a divenire alla perfezione e atti & habili a far la volontà del detto M. Michele, in ogni miglior modo, via, e forma, che per loro ſi potrà, meſſo tra loro a partito, e ſecreto ſquittinio, a fave nere, e bianche, & ottenuto ſolamente per ſei fave nere, non oſtanti due bianche fave in contrario, la detta elezione e nominazione approvarono, e quando biſognaſſe, confermarono, e dichiararono, e ſentenziarono quella eſſere ſtata, & eſſer valida, ferma, & incommutabile, e irrevocabile, e da tutti doverſi oſſervare inviolabilmente con tutti gli emolumenti alla detta elezione, e nominazione ſpettanti, e appartenenti, & eſſendo pervenuto alla lor notizia che per alcuni invidioſi ſi cercava con temerario ardire di fare annullare, e revocare la predetta nominazione, e elezione ſenza però alcune cagioni giuſte, ma più toſto calunnioſe, e falſe, e irragionevoli, per queſto dichiararono, e diſcernerono tutte le coſe, che fuſſero fatte, e ſi faceſſero in qualunque modo contro alla detta elezione, eſſere ſtate ed eſſere invalide, e di niun effetto, efficacia, e valore, e per l'iſteſſa ragione non valere, ne tenere, comandando che le ſopradette ſiano da tutti inviolabilmente oſſervate, dichiarando, e pronunziando nondimeno, che ciaſcuna perſona, la quale ſarà per l'avvenire ardita di cercare, attentare, o fare qualche coſa in contrario di quanto di ſopra ſi contiene, o che in qualunque modo ſi opporrà o contradirà alla predetta ordinazione, cada in pena di lire 100. da applicarſi ſubito alla Camera del Comune di Piſtoia; e queſto in tutti i miglior modi, via, ragione, e forma; che meglio poterono, & anco in vigore della loro autorità, e balia a quelle in qualunque modo conceduta e data ſecondo la forma di ragione dagli Statuti degli ordini, e reformazione del Commune di Piſtoia &c.

Pelollo di Franceſco Pelolli cittadino Perugino notaio pubblico Cancelliere del popolo del Comune di Piſtoia rogato, a . . . . . M. Niccola dunque ricevuto queſto favore, e aiuto dalla ſua Patria, ſe ne andò a ſtudio a Padova, dove era anco in quel tempo M. Enea Silvio Piccolomini nobil Seneſe, e ſtudiando e praticando inſieme, come ſpeſſe volte adiviene tra gli Scolari, contraſſero, e fecero una grande, e perpetua amicizia tra loro. Atteſe M. Niccola alle leggi civili, e poi a' decreti de' Sommi Pontefici, e a i ſacri canoni per lo ſpazio di ſei anni, e perche era per natura di ingegno elevato, e di tenace memoria, aggiunta l'aſſiduità ſua nello ſtudio, divenne nell'una, e nell'altra ragione eccellentiſſimo. Partiſſi di Padova, e invitato dal predetto M. Enea, ſe ne andò a Siena madre di begli ſpiriti, e fautrice de' foraſtieri, e maſſimamente de' cittadini di Piſtoia, e quivi avendo tenuto pubblicamente concluſioni, e dimoſtrato quanto profitto aveva fatto in quella facoltà, ſi addottorò onoratiſſimamente, e per quanto mi diſſero, già più di quaranta anni ſono, i vecchi di caſa noſtra, che l'havevan ſentito dire a' padri, e agli avoli loro, egli leſſe per certo tempo nello ſtudio di Siena, dove acquiſtò gran nome, e fece molte amicizie di Uomini virtuoſi, e illuſtri. Diſſero, e notarono ancora i noſtri vecchi, che eſſendo dopo molte legazioni, e viaggi ſtato fatto Veſcovo di Siena da Papa Nicolao, il predetto M. Enea, che egli eleſſe M. Niccola Fortiguerri per ſuo Vicario. Queſto sò io, che ne' tempi di Eugenio, e Niccolao Sommi Pontefici M. Niccola fece, e operò molte coſe in ſervizio, e onore della Chieſa romana, ſiccome ſcrive il dottiſſimo Cardinale di Pavia al Cardinale di Spoleto in quella ſua belliſſima epiſtola latina, che io traſcriverò più di ſotto, dove quaſi nel principio dolendoſi della morte del detto M. Niccola Cardinale dice: *Meminiſti quæ ſedente Eugenio, & Nicolao iuvenis adhuc diverſis locis præſtitit.* Eſſendo poi Monſig.re Enea da Papa Caliſto III. creato Cardinale, ed il detto M. Niccola, che era in quel tempo nel regno di Napoli, ſi rallegrò, e congratulò ſeco per lettere,

Digitized by Google

lettere, e lo richieſe, che doveſſe pigliare al ſuò ſervizio alcuni di Piſtoia, al quale il Cardinale riſpoſe : *Scis, quo te loco habemus, & quanti te facimus; famulos quos polliceris, recipere non poſſumus, ſupra quam noſtra ferat facultas, onerati, tibi vero ſemper erit in domo noſtra ſervatus locus, ſi ſaltem dignaberis apud nos eſſe, & nos illi ſumus, qui tibi uſui poſſumus eſſe* : (1) mentre che, detto Monſignore Enea era Cardinale, avvenne, ch' egli ebbe di biſogno di alcuna ſomma di denari, il che intendendo M. Niccola ſuo familiare, e intrinſeco, li portò ſcudi 500., acciocche egli ſe ne valeſſe, e volendo il Cardinale fargliene obbligazione e ſicurtà di ſcrittura, non la volle M. Niccola, dicendo: *Se io perdo voi, che ſiete quanto di bene, e di ſperanza io tengo in queſto mondo, poſſo ben perdere queſti pochi denari*. Morto Caliſto nel 1458., e del meſe d'Agoſto; fu di commun conſenſo de' Cardinali creato Sommo Pontefice il detto Monſignore Enea Cardinale di Siena, volle eſſer chiamato Pio II. di tal nome, il quale poiche fu coronato, ed ebbe preſo il maneggio del Pontificato, ricordevole dell'antica amicizia, e della fedeltà di M. Niccola, il quale altri meſi innanzi aveva ritenuto appreſſo di ſe, ſubito lo fece general teſoriere, e a' 15. di Novembre del predetto anno 1458. li diede il Veſcovado di Tiano città nobile nel regno di Napoli, che valeva in quel tempo ducati 1200. E avendo il Papa confermato Don Ferdinando d'Aragona Rè di Napoli, Sua Santità mandò il Cardinale Orſino, e il detto Monſignore Niccola Veſcovo di Tiano ad incoronarlo, il che eſſendo ſtato eſeguito, e partito il Cardinale Orſino, il predetto Monſignor Niccola rimaſe con il Rè intorno a 5. meſi, e fece concordare il Rè con il Principe di Taranto, e operò altre coſe di grand'importanza in favore e benefizio della Sede Apoſtolica. Nella partenza di Napoli quel Rè gli preſentò molti onorati doni, ſicome ſcrive Ser Deſiderio ſuo cugino carnale nel ſuo libro c. 51., dove anche fa menzione, che a' 28. di Maggio 1459. il detto Monſignore Veſcovo de' Forteguerri gionſe in Piſtoja con 20. cavalli, che tornava da Napoli da incoronare il Rè, e che detto Veſcovo fu viſitato, e preſentato da molti cittadini e dalla Communità di Piſtoja, il che ſi verifica, e ſi legge nel libro delle riformazioni, e provviſioni pubbliche del detto anno c. 119. a tergo che è ſcritto : *Advertens, quod R.mus in Chriſto Pater & Dominus D. Nicolaus de Fortiguerris Civis Piſtorienſis Theanen. electus, & Theſaurarius Apoſtolicus nuper venit Piſtorium, pro honore communis, pro utilitate, ut condecens eſt. volentes eum viſitare, & de eius adventu congratulari, deliberaverunt, quod prefatus D. Nicolaus preſentetur ex parte communis Piſtorii de libris* XVI. *con-*

(1) *En integram Æneæ epiſtolam ex Piſtorienſi MS. apographo.*

Æneas Cardinalis Senenſis Nicolao Fortiguerræ Piſtorienſi Doctori U. J. S. P. D.

Nihil nobis eſt dubii te, ut ſcribis, noſtra promotione letatum eſſe; quis enim amicus amici honorem non libenter intuetur? Scis, quo te loco habemus, & quanti te facimus; quid ni ergo lætaris, nos auctos dignitate eſſe, cum & tu una creveris, ſi modo crevimus? etenim nobis nondum liquet, an letari, an flere potius debeamus ad tantæ dignitatis culmen evecti; nam quid miſerius eſt, quam id officii gerere, cui nequeas ſatisfacere? onus graviſſimum & humeris noſtris omnino impar ſubivimus, niſi miſerator Dominus, qui dedit honorem, & retinendi facultatem præbeat. Intelligimus quantum imminet precipitium, atque idcirco de nobis ipſis neſcimus iudicium. Uteumque ſit, noſtra erga te benevolentia numquam minuetur, nam qui te dileximus in Epiſcopatu, in Cardinalatu magis ac magis amabimus. Famulos, quos polliceris, recipere non poſſumus, ſupra quam noſtra ferat facultas, onerati; Tibi vero ſemper erit in domo noſtra ſervatus locus, ſi ſaltem dignaberis apud nos eſſe, & nos illi ſumus, qui tibi uſui poſſumus eſſe. Optamus, Mulam aliquam perquiras pro nobis, & requiras pretium, antequam emas, ut tibi per bancum de Mirabellis pecuniam mittamus. Vale, & Dominum Ambroſium, ac Dominum Alexium noſtrum jubeto ſalvere, noſque illis offerto, & dato; Sileucio amplius dicito, ne omnino fidei renunciet, quamvis in dies indignos ad majores aſſumi dignitates advertit, ut nobis modo factum eſt; nam divina potentia tunc potiſſime demonſtratur, cum ſublevat, quæ ſunt minima, & conſilia eius noſtra non poſſunt ingenia attingere. Iterum vale.

Datum Romæ, die 23. Decembris, anno Domini 1456.

fectionem,

Digitized by Google

fectionum, & libris xxx. *ceræ albæ* ; In questo tempo che fù di 8. giorni, che detto Vescovo si fermò in Pistoja, egli maritò l'Antonia sua nipote, e figliuola di Cristofano suo fratello defunto nel 1442. al magnifico e nobile Niccolao di Nofri di Bartolommeo Bracciolini di Pistoja con dote di fiorini 600. d'oro. Partissi di Pistoja a' 5. di Giugno per andare a Mantova, dove era il Papa con la sua Corte, e con molti Principi e Signori per conto della guerra da farsi al Turco nel 1460. a 5. di Marzo il detto Pontefice nella Città di Siena fece Cardinale il predetto Monsignore Niccola Forteguerri sotto il titolo di S. Cecilia (2) e dal suo Vescovado fù quasi sempre chiamato *il Cardinale di Tiano*. Di questa promozione si rallegrò tutta l'Italia, e poi più particolarmente la Città nostra, la quale alli 7. di detto mese, e anno fece congregare il consiglio generale, dove in questa forma fù proposto, e deliberato.

Cum R.^mus *in Christo Pater & Dominus D. Nicolaus Bartholomæi de Fortiguerris civis Pistorienſis dignissimus Thesaurarius Apostolicus divina providentia fuit assumptus noviter ad dignitatem Cardinalatus Sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ; Communitati incumbit, & ad eam spectat pro honore, bono, & gloria Civitatis, ipsum prefatum Dominum Cardinalem honorare, quapropter auctoritate presentis consilii sit refirmatum, quod Operarii Sancti Jacobi de Pistorio reperiant, & reperire debeant florenos trecentos auri mutuo, & plus, & minus, ut consilio videbitur, quantitatem debeant prefati operarii dare & solvere eius deputandis, ut consilio videbitur, ad honorandum ipsum D. Cardinalem. Supra proposita D. Baldinoctus D. Antonii de Baldinoctis de numero consiliariorum dicti consilii dixit, & consuluit, quod fiat & observetur, ut in dicta proposita continetur. Idem consuluit Ser Jacobus Ser Andreæ de Giribellis, & sic fuit obtentum per unum, & octuaginta consiliarios, nemine discrepante.*

Furono eletti in tal giorno per far la sopradetta onoranza al prenominato Sig.re Cardinale Niccola Forteguerri Bartolommeo di Bartolommeo Forteguerri, M. Matteo di M. Antonio, Giuliano di Simone Fioravanti, Andrea di Niccolao di Felone, e Antonio di Ser Jacopo Fabbroni.

Furono eletti per andare Ambasciatori a Siena, e per onorare, e presentare a nome della Città il sopradetto Cardinale, M. Bartolommeo di M. Antonio, M. Jacopo di M. Stefano Taivoli, siccome si legge distesamente nel libro delle riformazioni, e Provvisioni di Pistoja fatte nel detto anno 1460. c. 156, e 158. & era allora Cancelliere di Pistoja M. Bartolommeo di Andrea da Forli. Et essendo nel detto anno 1460. molestato da' Francesi il Re Ferdinando, & avendo avuto una rotta a Samo castello, e fiume in terra di Lavoro, il detto Cardinal Forteguerri ebbe dal Papa, che allora era in Siena, la cura di trattare col Conte Federigo di Montefeltro, e Sig.re di Urbino, e capitan generale di S. Chiesa, e con il Sig.re Alessandro Sforza, che i Francesi insuperbiti per la sopradetta Vittoria non s'impadronissero di quel Regno, e riducessero in servitù l'Italia, e che il detto Cardinale avesse il carico di tal cosa tanto importante, si dimostra per un breve del Papa, scritto al detto Federico a' 27. di Luglio 1460. nel quale Sua Santità dice ; *ex tuis litteris ad dilectum Filium Nicolaum tituli*

(2) Heinc Ciacconium corriges, qui III. Nonas Martii Romæ creatum fuisse Cardinalem Nicolaum nostrum scripsit.

Sanctæ

Digitized by Google

Sanctæ Ceciliæ Cardinalem Theanenſem intelligimus vicinitatem hoſtium &c. (3). Poco tempo di poi, ſiccome ſcrive Bernardo Corio nelle hiſtorie di Milano, e l'accenna anche il Platina nella Vita di Papa Pio Secondo, il Cardinale fu Legato nella recuperazione di Sinigaglia, e eſpugnazione della Città di Fano, e parimente eſſendo egli nel campo, Eccleſiaſtico Legato, e Commiſſario contro i Savelli, e il Figliuolo del Re Riniero, ebbe commiſſione dal Papa d'inducere, e infiammare i detti Sig.ri Federigo e Aleſſandro Sforza a muover guerra contro il Sig.re Giſmondo Pandolfo Malateſta, ſicome ſi legge in un breve di Sua Santità ſcritto al Cardinale a' 14. di Novembre 1460. che comincia *Pius Papa Secundus dilecte fili ſalutem & apoſtolicam benedictionem, quia Sigiſmundus Pandulfus contra omne ius, faſque &c. videtur nobis, & ita mandamus, ut quibus potes modis, coneris eos inducere, ut ipſi & cum eorum terris contra eum bellum moveat*; la copia del qual breve con altre ſcritture, nelle quali ſi fa menzione del detto Cardinale mi fù mandato ſino del 1576. dall'Eccellentiſſimo Sig.re Giuliano Corbelli da San Marino (4); il quale mi mandò ſimilmente la copia di una bolla, dove il medeſimo Pontefice conferma certe promeſſe, e patti che il Cardinal Forteguerra allora legato di Romagna avea fatto alla Communità di S. Marino per indurli a far guerra al detto Sig.re Giſ-

(3) *Habeto heic ipſas illas Pii II. litteras*. Pius Papa Secundus. Dilecte Fili ſalutem & apoſtolicam benedictionem. Ex tuis literis Dilectum filium Nicolaum tituli Sanctæ Ceciliæ Cardinalem Theanenſem, intelligimus vicinitatem hoſtium, & difficultates, ac indigentias copiarum noſtrarum. Scripſimus legato Provinciæ Marchiæ ſine mora de Cernis provideat, & operam det efficacem, quod victualia ex locis propinquioribus poſſint haberi. Hæc ipſa vicinitas, iudicio noſtro, plena eſt periculo, accepta clade Sarnenſi, ſi altera nunc inferretur, actum eſſet de regno, & ſtatus noſter facile pati poſſet; Proinde etiam atque etiam videat prudentia tua; quantum fortunæ ſit committendum. Melius quicumque franguntur hoſtes patientia, quam armis. Tempus multa ſolet afferre, quæ ratione præveniri non poſſunt. Rogamus nobilitatem tuam, ut certam in cunctando rationem preferre velit ſpei incertæ, quam utrumque in caſu ſit ſuperare hoſtes, & ſuperari; hæc tu ſapienter vide, qui viſum habes fortunæ & belli; nos tibi obſtare numquam intendimus; ſed pro viribus operam dabimus, ut manu tenere copias poſſis. Commendatam habeas hanc temporis neceſſitatem, in qua tuus honor cum noſtro incluſus eſt. Datum Senis ſub anulo piſcatoris die 27. Julii M. CCCCLX. Pontificatus noſtri anno ſecundo.

Dilecto Filio nobili Viro Federico Montis Feretri Comiti Civitatis noſtræ Urbini in temporalibus Vicario.

Jacobus Papienſis.

(4) PIUS PAPA SECUNDUS.

Dilecte fili, ſalutem, & apoſtolicam benedictionem. Quia Sigiſmundus Pandulfus contra omne jus, faſque terras, quæ in manibus noſtris pignori erant, dolo occupavit; Inter ſubditos noſtros ſcandala, & diſcordias inſtigante Diabolo diſſeminavit, ſubditos noſtros vexat, eorum bona diripit, agros vaſtat, incendijs replet, denique nil ſceleris, nil inhoneſti omittit: Deliberavimus contra eum tamquam contra hoſtem jure & armis procedere; cum igitur hoſtem publicari juſſimus, & contra eum bellum geri mandavimus, & res hæc Deo primum gratiſſima eſſe debet, quem ille contempſit, deinde etiam hominibus propter infinita eius ſcelera, & preſertim dilectis filiis nobilibus viris Federico Comiti Montis Feretri, & Alexandro Sfortiæ, quos ſpecialiter odio habet. Videtur nobis, & ita mandamus, ut quibus potes modis, coneris eos inducere, ut ipſi etiam cum eo terris contra eum bellum moveant. Ira N. ſecuritati ſtatus ſui conſulant, quem ſalvum eo vivente nullo modo habere poſſunt. Sunt nobis majores, quam illi copiæ, ac validiores; expectabunt & aliæ, quas mittit dilectus Filius nobilis vir Dux Mediolani. Habetur ille interea maximo odio a ſubditis ſuis propter eius ſcelera, & homicidia, robarias, & inhoneſtates; ſi undique ergo circumveniatur, facile partibus illis quies & propria ſecuritas dari poterit. Datum Romæ apud Sanctum Petrum, ſub anulo Piſcatoris, die XIIII. Novembris M.CCCCLX. Pontificatus noſtri anno III.

mondo

Digitized by Google

mondo (5) *Sane* (dice quasi nel principio della bolla) *pro parte nostra nobis exhibita petitio continebat, quod olim dilectus filius vir Nicolaus tituli Sanctæ Ceciliæ Presbiter Cardinalis Theanensis in Provincia nostra Romondiolæ Apostolicæ Sedis legatus, vobis ut firmiori mente & animo adversus Sigismundum Pandulfum de Malatestis hostem nostrum & prefatæ Ecclesiæ bellum iniretis, in recompensam periculorum, ac laborum & expensarum, quæ propterea subituri eratis, nostro & dictæ Ecclesiæ nomine promisit, quod communitati vestræ darentur in dominium Curia Florentini, & castra Mongiardini, & Serravallis cum eorum curiis & terrenis & conditionibus*, e quel che segue, le quali terre, e altre contenute nella bolla promesse dal Cardinale furono alla detta Communità di San Marino dal Papa date, e donate; il che fù nel 1463. siccome si può vedere nella copia della detta bolla, che è appresso di me. Mi fù anche mandato copia del proemio de' capitoli fatti, e accordati nel detto tempo della guerra contro il detto Sig:re Gismondo fra il Cardinale sopradetto, e gli Uomini di Montefiore, il qual proemio comincia così.

BInas quidem, ſed præpoſtere, ſeroque datas legi tuas litteras, quibus etſi mihi nihil unquam optatius iucundiuſve fuit. illud tamen in tanta præſertim temporum clade mihi gratiſſimum accidit, quod & amicitiæ noſtræ (1) μάρτυριον ἐτυ μότατον, & amoris erga me tui argumentum, ἀγαστον (2) exhibuiſti, nam & prope, æque dolendo vicem noſtram, tuam mihi quaſi communionem mei doloris ſignificaſti, & ſecuritatem animi uberemque lætitiam, qua rurſus ipſe de noſtra ſalute fueris affectus, tuis litteris geſtiendo quodam modo præ te mihi tuliſti; ut illud Flacci te facile uſurpaſſe crediderim, *recepto dulce mihi furere etiam amico*; nec igitur mirum ſi gratularis, quod & in ocio vivam, & publico honorificoque ſtipendio inſignitus, tum græcis tum latinis litteris patriam pubem erudiam; cognovi enim quæ nobis ipſis aut proſpera, aut adverſa evenere, ea tibi ſemper nec longo quidem intervallo interiecto acciditſe communia; ſentio itaque & illud de nobis ſine fuco & phaleris dici poſſe quod Flaccus idem Lyricorum princeps de ſe, deque Mecenate tam concinne canere auſus eſt, *ſeu libra, ſeu me Scorpius aſpicit formidoloſus, pars violentior natalis horæ, ſeu Tyrannus heſperiæ capricornus undæ*, utrumque noſtrum incredibili modo conſentit aſtrum, ſed hoc nobis ἀρχαῖον (3) Η'δη ἐ βατρου Philiarcho tuam epiſtolam reddidi, & ut ab eo reſponſum elicerem (ut & ipſa mihi cupere videbaris) diligenter curavi, illud itaque una cum hiſce litteris ad te mitto. (4) λιλός λοιμού φά & hoc tibi fortaſſis παράδοξον. (5) Nos tamen hic nulla prorſus contagione minitante & aere ſaluberrimo fruimur, & caritate annonæ non nimium quidem vexamur. Quare cum volueris & una eſſe mecum & colloqui facile poteris. Nos quidem te tum maxime expectamus, tum vero (ſi pateris) & ſummis precibus invitamus. Vale.

EPISTOLA XI.

Ἔ"ςιν ἡν τῶ Κεριῶ τὸ πραγμα. *Nunc ergo audendum dextra, nunc viribus uſus, hac iter eſt, tu, nequa manus ſe attollere nobis a tergo poſſit, cuſtodi & conſule longe*; Quamquam enim hæc ſæpe mecum *nil deſperandum Teucro duce, & auſpice Teucro*, dum in dubio tamen eſt animus, paulo momento huc illuc impellitur; Extrica itaque, ſi me amas, quicquid id eſt, quod reſtat meque aliquando tandem hac vel ſollicitudine libera, vel certe moleſtia leva, illudque in primis cave, ne tamquam Apelles, quod aiunt, Venerem imperfectam relinquas. Equidem iſthuc advolare maxime cupiebam, ſed tuo iniuſſu facere non ſum auſus, ne te de eo forſitan ſæpius obtunderem, quod ipſe pro tua in me ſumma benevolentia amoreque ſingulari mihi facturum te iam pluſquam milies confirmaſti. Eſt id quidem magnum, atque haud ſcio, an maximum, ea te fundamenta jeciſſe, ut ædificium nullo modo cadere poſſe videatur; ſed illud quandoque aſſurgat, atque aliquam ædificii ſpeciem aut formam accipiat, neceſſe eſt:

(1) Teſtimonium veriſſimum.
(2) Admirabile.
(3) Antiquum iam, & marcidum.
(4) Fames peſtem vincit.
(5) Inauditum præter opinionem.

quod

Digitized by Google

quod quidem vel uno verbo aut nutu potius te mihi expedire facile posse intelligo, idque ut facias te etiam atque etiam rogo, vel potius, si pateris, summis precibus oro, quamquam non eras tu quidem mihi vehementer rogandus, qui te omnia mea causa & & velle, & cupere iamdiù exploratum habeo, sed eo feci liberius, pluribusque, ut in hoc uno quicquid id est, omnia mihi esse posita intelligeres; Quare velim, quæ tua est humanitas, me de hac re tota, quid constitueris, nobisque faciundum censeas, facias certiorem, id enim mihi tam erit gratum quam quod gratissimum; Vale, & me ut facis ama. Ex Urbe Pistorio xv. Kal. Januarii M. D. xxxvIIII.

Novi optime tuas occupationes, atque ob hanc causam responsum abs te pluribus non expecto, sed illud mihi erit instar epistolæ quam longissimæ, si vel uno verbo, aut potius (ut soles) Syngrapha breviuscula mecum egeris. Vale iterum.

EPISTOLA XII.

Δεῖτῆς φιλῆτας πίστιν κ λόγης ἔχιν (1) Sed nunc demum aliquando tandem ad te quoquo pacto mihi scribendum putavi, atque omnino in eam partem peccare malui, quam mei vel officii, vel tuorum in me meritorum silentio obliviscì videar, cum enim in quempiam dicitur, μὴ τὴν δόσιν ταχιστα γηράσκι χάρις (2) id, quam sit homini turpe, præsertim bono qualem me & esse & dici volo, haudquaquam te virum summa doctrina, multaque scientia ac experientia rerum fere omnium ignorare ullo modo credendum est; sed fingant in me omnes omnia vitia, ingratum atque immemorem acceptorum beneficiorum, si & perversi illi quidem sint, certe non appellabunt; tantum enim abest, ut hoc vel vitio vel scelere laborem, ut nihil ingenio meo magis possit esse contrarium aut alienum, neque ob eam causam modo hæc ad te scribo, ut de me unquam quidpiam tale te suspicatum esse intelligam. Quid enim te vanæ suspitionis in amicitia minus vacuum aut est aut inveniri potest? Sed ut diutinam ad te scribendi cessationem seramque admodum accepti abs te proxime beneficii gratulationem, vel potius gratiarum debitam actionem plane excusarem. Gratulor itaque tibi sero quidem fortassis, sed mirum in modum, vereque gratulor, mihique per te compos voti proxime factus, sane quidem, ut debeo, vehementer gaudeo, nec ingentes solum, verum etiam immortales tibi gratias ago, habeoque, ac dum vivam semper habebo. Illudque in primis doleo atque angor animi, nullo umquam tempore tuorum in me meritorum parem gratiam modo, sed ne minimam quidem partem referre me posse confido, quid inquam confido? imo quidem certe potius omnino despero, sed una me contra res haud mediocriter consolatur, eo te natum ingenio, eaque humanitate ut tum demum in collocando beneficio maximam cupias voluptatem, cum tibi nullam prorsus inde relatum iri gratiam certo scias, quod cum ita sit, amplius mihi laborandum non esse intelligo; Restat ut memorem me gratumque semper exhibeam, benevolentiamque & amorem fidemque meam tibi præstare ne desinam; Quare illud tibi facile persuadeas velim, hodie neminem esse mortalium, quem ego pluris faciam quam te, neminem, quem magis amem charumque habeam; neminem cui vel plus vel libentius debeam; de quo sane quidem ad te plura scriberem, nisi assentandi magis causa, quam quod ita res esset, facile me existimares, sed hæc etiam fortasse pluribus, quam aut a me cupere aut expectare videbaris. Vale itaque & me ama, quoniam me id erga te tuosque omnes semper facere non ignoras. Ex Urbe Pistorio quinto Kalend Martias M. D. xxxx.

(1) Oportet amicos fidem, non verba habere. Beneficium seneſcit.
(2) Post dationem.

Digitized by Google

tua omnia ſoleo) in theſauris meis; Tu velim, ſi modo quid tibi aut tuorum cuipiam polliceri poſſum, exiſtimes me amicitiæ noſtræ fidei, benevolentiæ, amori, officio numquam eſſe defuturum, ſed vale iam, & nos mutuo amare ne deſinas. Adamas uxorcula noſtra una cum Filiolo Scipione plurimam tibi ſalutem dicit. Pridie calendas Junias 1538. ex Urbe Piſtorio.

EPISTOLA X.

BInas quidem, ſed præpoſtere, ſeroque datas legi tuas litteras, quibus etſi mihi nihil unquam optatius iucundiuſve fuit. illud tamen in tanta præſertim temporum clade mihi gratiſſimum accidit, quod & amicitiæ noſtræ (1) μάρτυριον ἐτυ μότατον, & amoris erga me tui argumentum, αγασατον (2) exhibuiſti, nam & prope, æque dolendo vicem noſtram, tuam mihi quaſi communionem mei doloris ſignificaſti, & ſecuritatem animi uberemque lætitiam, qua rurſus ipſe de noſtra ſalute fueris affectus, tuis litteris geſtiendo quodam modo præ te mihi tuliſti; ut illud Flacci te facile uſurpaſſe crediderim, *recepto dulce mihi furere etiam amico*; nec igitur mirum ſi gratularis, quod & in ocio vivam, & publico honorificoque ſtipendio inſignitus, tum græcis tum latinis litteris patriam pubem erudiam; cognovi enim quæ nobis ipſis aut proſpera, aut adverſa evenere, ea tibi ſemper nec longo quidem intervallo interiecto accidiſſe communia; ſentio itaque & illud de nobis ſine fuco & phaleris dici poſſe quod Flaccus idem Lyricorum princeps de ſe, deque Mecenate tam concinne canere auſus eſt, *ſeu libra, ſeu me Scorpius aſpicit formidoloſus, pars violentior natalis horæ, ſeu Tyrannus heſperiæ capricornus undæ*, utrumque noſtrum incredibili modo conſentit aſtrum, ſed hoc nobis ἀρχαῖον (3) Ἤδη ἐ βατρου Philiarcho tuam epiſtolam reddidi, & ut ab eo reſponſum elicerem (ut & ipſa mihi cupere videbaris) diligenter curavi, illud itaque una cum hiſce litteris ad te mitto. (4) λιλός λοιμού φά & hoc tibi fortaſſis παράδοξον. (5) Nos tamen hic nulla prorſus contagione minitante & aere ſaluberrimo fruimur, & caritate annonæ non nimium quidem vexamur. Quare cum volueris & una eſſe mecum & colloqui facile poteris. Nos quidem te tum maxime expectamus, tum vero (ſi pateris) & ſummis precibus invitamus. Vale.

EPISTOLA XI.

Ἔ"ςιν ἡν τῶ Κεριῶ τὸ πραγμα. *Nunc ergo audendum dextra, nunc viribus uſus, hac iter eſt, tu, nequa manus ſe attollere nobis a tergo poſſit, cuſtodi & conſule longe*; Quamquam enim hæc ſæpe mecum *nil deſperandum Teucro duce, & auſpice Teucro*, dum in dubio tamen eſt animus, paulo momento huc illuc impellitur; Extrica itaque, ſi me amas, quicquid id eſt, quod reſtat meque aliquando tandem hac vel ſollicitudine libera, vel certe moleſtia leva, illudque in primis cave, ne tamquam Apelles, quod aiunt, Venerem imperfectam relinquas. Equidem iſthuc advolare maxime cupiebam, ſed tuo iniuſſu facere non ſum auſus, ne te de eo forſitan ſæpius obtunderem, quod ipſe pro tua in me ſumma benevolentia amoreque ſingulari mihi facturum te iam pluſquam milies confirmaſti. Eſt id quidem magnum, atque haud ſcio, an maximum, ea te fundamenta jeciſſe, ut ædificium nullo modo cadere poſſe videatur; ſed illud quandoque aſſurgat, atque aliquam ædificii ſpeciem aut formam accipiat, neceſſe eſt:

(1) Teſtimonium veriſſimum.
(2) Admirabile.
(3) Antiquum iam, & marcidum.
(4) Fames peſtem vincit.
(5) Inauditum præter opinionem.

quod

Digitized by Google

quod quidem vel uno verbo aut nutu potius te mihi expedire facile posse intelligo, idque ut facias te etiam atque etiam rogo, vel potius, si pateris, summis precibus oro, quamquam non eras tu quidem mihi vehementer rogandus, qui te omnia mea causa & & velle, & cupere iamdiù exploratum habeo, sed eo feci liberius, pluribusque, ut in hoc uno quicquid id est, omnia mihi esse posita intelligeres; Quare velim, quæ tua est humanitas, me de hac re tota, quid constitueris, nobisque faciundum censeas, facias certiorem, id enim mihi tam erit gratum quam quod gratissimum; Vale, & me ut facis ama. Ex Urbe Pistorio xv. Kal. Januarii M. D. xxxviiii.

Novi optime tuas occupationes, atque ob hanc caussam responsum abs te pluribus non expecto, sed illud mihi erit instar epistolæ quam longissimæ, si vel uno verbo, aut potius (ut soles) Syngrapha breviuscula mecum egeris. Vale iterum.

EPISTOLA XII.

Δεῖτῆς φιλῆτας πίστιν κ λόγης ἐχιν (1) Sed nunc demum aliquando tandem ad te quoquo pacto mihi scribendum putavi, atque omnino in eam partem peccare malui, quam mei vel officii, vel tuorum in me meritorum silentio obliviscivideat, cum enim in quempiam dicitur, μὴ τὴν δόσιν ταχισα γηράσκι χάρις (2) id, quam sit homini turpe, præsertim bono qualem me & esse & dici volo, haudquaquam te virum summa doctrina, multaque scientia ac experientia rerum fere omnium ignorare ullo modo credendum est; sed fingant in me omnes omnia vitia, ingratum atque immemorem acceptorum beneficiorum, si & perversi illi quidem sint, certe non appellabunt; tantum enim abest, ut hoc vel vitio vel scelere laborem, ut nihil ingenio meo magis possit esse contrarium aut alienum, neque ob eam caussam modo hæc ad te scribo, ut de me unquam quidpiam tale te suspicatum esse intelligam. Quid enim te vanæ suspitionis in amicitia minus vacuum aut est aut inveniri potest? Sed ut diutinam ad te scribendi cessationem seramque admodum accepti abs te proxime beneficii gratulationem, vel potius gratiarum debitam actionem plane excusarem. Gratulor itaque tibi sero quidem fortassis, sed mirum in modum, vereque gratulor, mihique per te compos voti proxime factus, sane quidem, ut debeo, vehementer gaudeo, nec ingentes solum, verum etiam immortales tibi gratias ago, habeoque, ac dum vivam semper habebo. Illudque in primis doleo atque angor animi, nullo umquam tempore tuorum in me meritorum parem gratiam modo, sed ne minimam quidem partem referre me posse confido, quid inquam confido? imo quidem certe potius omnino despero, sed una me contra res haud mediocriter consolatur, eo te natum ingenio, eaque humanitate ut tum demum in collocando beneficio maximam cupias voluptatem, cum tibi nullam prorsus inde relatum iri gratiam certo scias, quod cum ita sit, amplius mihi laborandum non esse intelligo; Restat ut memorem me gratumque semper exhibeam, benevolentiamque & amorem fidemque meam tibi præstare ne desinam; Quare illud tibi facile persuadeas velim, hodie neminem esse mortalium, quem ego pluris faciam quam te, neminem, quem magis amem charumque habeam; neminem cui vel plus vel libentius debeam; de quo sane quidem ad te plura scriberem, nisi assentandi magis caussa, quam quod ita res esset, facile me existimares, sed hæc etiam fortasse pluribus, quam aut a me cupere aut expectare videbaris. Vale itaque & me ama, quoniam me id erga te tuosque omnes semper facere non ignoras. Ex Urbe Pistorio quinto Kalend Martias M. D. xxxx.

(1) Oportet amicos fidem, non verba habere. Beneficium seneſcit.
(2) Post dationem.

Digitized by Google

EPISTOLA XIII.

QUantum vel ingenii tui morumque facilitas, vel bonæ indolis mirifica ſpes, humanitaſque ſingularis, Thurine mi ſuaviſſime, tibi me devinxerunt, cum te proxime viſerem, vel ex eo facile intelligere potuiſti, quod cum abs te poſtridie diſcederem, non antea veneram, liberum ſed pene ſervum, imo mancipium potius tibi me iam factum eſſe ſentirem; quod quidem ſi diligentius ipſe tecum volvere animo volueris, non dubito (quæ tui generis celſitudo aut eſt, aut eſſe debet) quin ea erga me meoſque omnes, & mente & voluntate ſis futurus, qua vel me tacente, tum tua te dignitas, tum etiam meus in te ſingularis amor, totiuſque familiæ noſtræ in tuos omnes ſumma benevolentia & allicere & adhortari poſſe videantur; adde quod ea iam inter nos ſunt iacta non familiaritatis, & domeſticæ conſuetudinis ſolum, ſed ea quaſi cuiuſdam inſolubilis vinculi ſummæque neceſſitudinis fundamenta, ut utercumque ab officio veræ ſinceræque amicitiæ diſceſſerit, vacare turpi ac nefario ſcelere nullo modo poſſit. Quid enim tibi ſocietatem coniunctionemque futuram in utriuſque linguæ ſtudiis litterarum narrem? e quibus ſpero tantam utrunque noſtrum brevi in dies ſingulos delectationem eſſe hauſurum, aut alia nulla maior ſit, aut certe iucundior eſſe poſſe videatur. Neque tamen interim tibi ſeiunctum me cœteris in rebus habebis; verum quicquid egeris, cum a ſtudiis animum remittere interdum volueris, ſocium me comitemque tibi futurum ſemper eſſe polliceor, ac nihil unquam mihi quicquam vel gratum vel iucundum fore exiſtimabo, niſi & tibi & genio tuo pariter idem placere gratumque eſſe ſenſero, nec ullo umquam tempore quidpiam aut arduum aut difficile eſſe poterit, quod non pro te mihi ſuſceptum & gratum & iucundum eſſe videatur, imo in eo mihi ſatis optatiſque meis feciſſe videbor, ubi me tibi præcipue votiſque tuis ſemper inſervire poſſe cognovero. Quod autem ad eruditionem tuam pertinebit, illud tibi perſuadeas velim, me nihil unquam tam facile vel græcis vel latinis litteris didiciſſe (ſi modo quid didici) quam te, vel quod plurimi omnium facere debes, brevi quidem tempore, ſi modo volueris, me eſſe docturum confido; para itaque te, ut quam de te tuiſque moribus, ut primum te vidi, ſpem mihi concipere videor, ea ne me fallat, imprimiſque cura expectationi hominum reſpondeas; magna eſt opinio de te, ſumma commendatio ingenii tui, maxima laus bonæ indolis, quæ omnia ut ſuſtentes ac tuearis maximo tibi opere totoque [quod ajunt pectore] laborandum eſt, ſed hæc [ut ſpero] & quæ vel maiora multo eſſe poſſent, facile ſuperabis; ſi illud unum tibi propoſueris, crebroque & mente & animo tibi eſſe repetendum ſervandumque ſtatueris ἡρ'τι σεαυτῶ δοξάνεγκατα λιπεῖν. Nam quid ego dicam te ita natum, ita educatum, ita doctum ita etiam denique cognitum? ut id tibi prorſus faciendum ſit? hæc ad te ſcripſi pluribus verbis, quam fortaſſe neceſſe fuit, non quo aut maiori te, aut certe tam multa admonitione indigere putarem, ſed ut & voluntatis, & benevolentiæ erga te meæ teſtimonium aliquod apud te haberes, nam cupio hanc epiſtolam meam quaſi vim fœderis inter nos eſſe, quam me hercule quidem non loquacitas mea, ſed benevolentia longiorem fecit. Reliquum eſt igitur ut parentibus tuis optimis plurimum me commendare, meoque nomine ſalutem dicere non dedigneris, quod ut facias te vehementer etiam atque etiam rogo, ſed vale iam meque ſi idem erga te facere ſentis, amare charumque habere ne deſinas, ex Urbe Piſtorio VII. Kal. Januarias M. D. XXXVII.

Tuus uſque ad aram Michael Fortiguerra.

EPI-

Digitized by Google

EPISTOLA XIV.

Michaeli Fortiguerræ. Joannes Contius S. P. D.

CUM omnium optimorum Principum, qui in universo terrarum orbe reperiuntur, mos esse consuevit, bonas artes tueri, ac diligere, tum in primis Mediceæ domus patrocinia his latissime semper patuerunt. Possem ego commemorare quam plures, quos brevitatis causa omittam (1) præcellentium artium amatores, huius ampliſſimæ familiæ beneficio, auctos locupletatosque fuisse. Si singillatim, non dico speciem, sed virtutum genera, rerumque præclariſſime gestarum copiam atque amplitudinem recensere, ac litteris mandare vellem, quicquid Fabriani chartarum fabricatur, vix satis esse videretur, ut enim Cosmum illum seniorem, utrunque Laurentium, Leonem, ac Clementem Pontifices maximos, alioſque huius Ill.^mæ Domus præstantissimos viros omittam; Quid dicam de optimo ac magnanimo Principe nostro, qui se omnibus suis majoribus, probitate, justitia, æquitate, continentia, liberalitate non modo adæquavit, sed etiam longe superavit. Satius autem esse duxi ea silentio præterire, ne de illis pauca loquendo, illorum laudibus detrahere videar. Perlegi elegantissima tua carmina, suppliceſque libellos. Dabo equidem operam, ut honestissimi tui voti compos fias, videris enim mihi dignus, non solum hac, quam petis, gratia, sed etiam longe maiore, tum ob egregias præclaraſque (quibus es insignitus) virtutes tuas, tum ob nodoſos articulorum dolores, quibus te adeo graviter oppressum audio, ut ea quæ ad victum, & cultum familiæ tuæ suppeditent, parare minime posse videare; tum vel maxime; quod Antistes vester Fortiguerra (2) Sapientiæ summo vectigali constituto fundamenta iecit. Quis est tam hebeti ingenio, tam pingui Minerva, qui non facile dijudicet; Illum sapientissimum virum, si in humanis ageret, bene mereri malle de suis propinquis, præsertim inopia ac calamitate laborantibus, quam de his, qui cum nullo consanguinitatis vinculo attingunt; Quare bono animo sis tibique persuade me tibi nullo loco defuturum. De rescripto principis cum primum venerit, te certiorem faciam. Si quid in hac ipsa epistola tibi durum, ac rude videbitur, cogitare debebis eam ex Tabellionis officina esse depromptam, ubi nihil cultius, nihil ornatius sane reperitur, nec ea verba quæ ullam venerem sapiant, sed quæ ex alienis loculis numos surripiant, adhibenda censeantur; Vale meque tibi ac vestræ Urbis Præsidi plurimum commenda. Quinto Idus Februarii M. D. LVIII.

EPISTOLA XV.

Michael Fortiguerra, Joanni Contio clarissimo atque optimo Viro S. P. D.

QUas ad me superioribus diebus misisti summi me hercule quidem plenas & amoris. & benevolentiæ singularis, quanta literarum tuarum vis apud me fuerit, quantumque illæ ipsæ ponderis apud me habuisse videantur, vel ex eo facile intelligere poteris, quod iis lectis illico me quasi supra Endymionem (quod dicitur)

(1) Hac de re luculenter disseruit Cl. Blanchinius in libro inscripto: *Ragionamenti istorici dei Gran' Duchi di Toscana.*

(2) Cardinalem intellige Nicolaum Fortiguerram de quo in Bibliotheca egimus fusiore calamo.

Digitized by Google

EPISTOLA XIII.

QUantum vel ingenii tui morumque facilitas, vel bonæ indolis mirifica ſpes, humanitaſque ſingularis, Thurine mi ſuaviſſime, tibi me devinxerunt, cum te proxime viſerem, vel ex eo facile intelligere potuiſti, quod cum abs te poſtridie diſcederem, non antea veneram, liberum ſed pene ſervum, imo mancipium potius tibi me iam factum eſſe ſentirem; quod quidem ſi diligentius ipſe tecum volvere animo volueris, non dubito (quæ tui generis celſitudo aut eſt, aut eſſe debet) quin ea erga me meoſque omnes, & mente & voluntate ſis futurus, qua vel me tacente, tum tua te dignitas, tum etiam meus in te ſingularis amor, totiuſque familiæ noſtræ in tuos omnes ſumma benevolentia & allicere & adhortari poſſe videantur; adde quod ea iam inter nos ſunt iacta non familiaritatis, & domeſticæ conſuetudinis ſolum, ſed ea quaſi cuiuſdam inſolubilis vinculi ſummæque neceſſitudinis fundamenta, ut utercumque ab officio veræ ſinceræque amicitiæ diſceſſerit, vacare turpi ac nefario ſcelere nullo modo poſſit. Quid enim tibi ſocietatem coniunctionemque futuram in utriuſque linguæ ſtudiis litterarum narrem? e quibus ſpero tantam utrunque noſtrum brevi in dies ſingulos delectationem eſſe hauſurum, aut alia nulla maior ſit, aut certe iucundior eſſe poſſe videatur. Neque tamen interim tibi ſeiunctum me cœteris in rebus habebis; verum quicquid egeris, cum a ſtudiis animum remittere interdum volueris, ſocium me comitemque tibi futurum ſemper eſſe polliceor, ac nihil unquam mihi quicquam vel gratum vel iucundum fore exiſtimabo, niſi & tibi & genio tuo pariter idem placere gratumque eſſe ſenſero, nec ullo umquam tempore quidpiam aut arduum aut difficile eſſe poterit, quod non pro te mihi ſuſceptum & gratum & iucundum eſse videatur, imo in eo mihi ſatis optatiſque meis feciſſe videbor, ubi me tibi præcipue votiſque tuis ſemper inſervire poſſe cognovero. Quod autem ad eruditionem tuam pertinebit, illud tibi perſuadeas velim, me nihil unquam tam facile vel græcis vel latinis litteris didiciſſe (ſi modo quid didici) quam te, vel quod plurimi omnium facere debes, brevi quidem tempore, ſi modo volueris, me eſſe docturum confido; para itaque te, ut quam de te tuiſque moribus, ut primum te vidi, ſpem mihi concipere videor, ea ne me fallat, imprimiſque cura expectationi hominum reſpondeas; magna eſt opinio de te, ſumma commendatio ingenii tui, maxima laus bonæ indolis, quæ omnia ut ſuſtentes ac tuearis maximo tibi opere totoque [quod ajunt pectore] laborandum eſt, ſed hæc [ut ſpero] & quæ vel maiora multo eſſe poſſent, facile ſuperabis; ſi illud unum tibi propoſueris, crebroque & mente & animo tibi eſſe repetendum ſervandumque ſtatueris ἢ πὶ σεαυτῶ δοξάν ἐγκατα λιπεῖν. Nam quid ego dicam te ita natum, ita educatum, ita doctum ita etiam denique cognitum? ut id tibi prorſus faciendum ſit? hæc ad te ſcripſi pluribus verbis, quam fortaſſe neceſſe fuit, non quo aut maiori te, aut certe tam multa admonitione indigere putarem, ſed ut & voluntatis, & benevolentiæ erga te meæ teſtimonium aliquod apud te haberes, nam cupio hanc epiſtolam meam quaſi vim fœderis inter nos eſſe, quam me hercule quidem non loquacitas mea, ſed benevolentia longiorem fecit. Reliquum eſt igitur ut parentibus tuis optimis plurimum me commendare, meoque nomine ſalutem dicere non dedigneris, quod ut facias te vehementer etiam atque etiam rogo, ſed vale iam meque ſi idem erga te facere ſentis, amare charumque habere ne deſinas, ex Urbe Piſtorio VII. Kal. Januarias M. D. XXXXVII.

Tuus uſque ad aram Michael Fortiguerra.

EPI-

Digitized by Google

EPISTOLA XIV.

Michaeli Fortiguerræ. Joannes Contius S. P. D.

CUM omnium optimorum Principum, qui in universo terrarum orbe reperiuntur, mos esse consuevit, bonas artes tueri, ac diligere, tum in primis Mediceæ domus patrocinia his latissime semper patuerunt. Possem ego commemorare quam plures, quos brevitatis causa omittam (1) præcellentium artium amatores, huius ampliſſimæ familiæ beneficio, auctos locupletatosque fuisse. Si singillatim, non dico speciem, sed virtutum genera, rerumque præclariſſime gestarum copiam atque amplitudinem recensere, ac litteris mandare vellem, quicquid Fabriani chartarum fabricatur, vix satis esse videretur, ut enim Cosmum illum seniorem, utrunque Laurentium, Leonem, ac Clementem Pontifices maximos, aliosque huius Ill.^me Domus præstantissimos viros omittam; Quid dicam de optimo ac magnanimo Principe nostro, qui se omnibus suis majoribus, probitate, justitia, æquitate, continentia, liberalitate non modo adæquavit, sed etiam longe superavit. Satius autem esse duxi ea silentio præterire, ne de illis pauca loquendo, illorum laudibus detrahere videar. Perlegi elegantissima tua carmina, suppliceſque libellos. Dabo equidem operam, ut honestissimi tui voti compos fias, videris enim mihi dignus, non solum hac, quam petis, gratia, sed etiam longe maiore, tum ob egregias præclaraſque (quibus es insignitus) virtutes tuas, tum ob nodoſos articulorum dolores, quibus te adeo graviter oppressum audio, ut ea quæ ad victum, & cultum familiæ tuæ suppeditent, parare minime posse videare; tum vel maxime; quod Antistes vester Fortiguerra (2) Sapientiæ summo vectigali constituto fundamenta iecit. Quis est tam hebeti ingenio, tam pingui Minerva, qui non facile dijudicet; Illum sapientissimum virum, si in humanis ageret, bene mereri malle de suis propinquis, præsertim inopia ac calamitate laborantibus, quam de his, qui cum nullo consanguinitatis vinculo attingunt; Quare bono animo sis tibique persuade me tibi nullo loco defuturum. De rescripto principis cum primum venerit, te certiorem faciam. Si quid in hac ipsa epistola tibi durum, ac rude videbitur, cogitare debebis eam ex Tabellionis officina esse depromptam, ubi nihil cultius, nihil ornatius sane reperitur, nec ea verba quæ ullam venerem sapiant, sed quæ ex alienis loculis numos surripiant, adhibenda censeantur; Vale meque tibi ac vestræ Urbis Præsidi plurimum commenda. Quinto Idus Februarii M. D. LVIII.

EPISTOLA XV.

Michael Fortiguerra, Joanni Contio clarissimo atque optimo Viro S. P. D.

QUas ad me superioribus diebus misisti summi me hercule quidem plenas & amoris. & benevolentiæ singularis, quanta literarum tuarum vis apud me fuerit, quantumque illæ ipsæ ponderis apud me habuisse videantur, vel ex eo facile intelligere poteris, quod iis lectis illico me quasi supra Endymionem (quod dicitur)

(1) Hac de re luculenter disseruit Cl. Blanchinius in libro inscripto: *Ragionamenti istorici dei Gran' Duchi di Toscana.*

(2) Cardinalem intellige Nicolaum Fortiguerram de quo in Bibliotheca egimus fusiore calamo.

Digitized by Google

dormientem non excitaveris ſolum, verum etiam ab huiuſmodi familiariter ſcribendi genere longe iam alienum ac penitus abhorrentem, deſuetumque ad ſcribendum non invitum quidem (quis enim, ad te tantum virum tantæque exiſtimationis non libenter ſcribere cupiat) ſed aſſiduo morbo confectum, afflictumque compuleris, quippe qui tanquam per nomenclatorem tibi niſi literas dictare non valeam, quod ſi ſerius multo, quam par erat, quamque meæ partes eſſe videbantur, tibi reſcriptum reſponſumque duxèris, illud ipſum non negligentiæ aut ſuperbiæ vitio, ſed improbitati valetudinis noſtræ, tribuas velim, quæ quidem mecum iam multos annos tam familiariter agere conſuevit, ut vel accretione, vel diminutione lunæ nec cibum ori apponere, nec in lecto cubare, ne dum paululum etiam acquieſcere poſſim; adde quod interdum tanto & articulorum dolore, cruciatuque, & pedum manuumque tumore premor, ut pene conficiar, & quod maneam in vita, mirumimmodum doleam; Quare te rogo, vel potius ſi pateris, oro, ut me licet longiori tecum ſilentio uſum eſſe videas, quam vel exiſtimatio dignitaſque tua poſtulare videbatur, aliqua tamen [quæ tua eſt humanitas] excuſatione dignum putes, Quod autem ad præclariſſimæ domus Mediceæ liberalitatem munificentiamque in omnes viros ſtudioſos attinet, ſi velimus animi certo iudicio, rectaque lance hoc id ipſum examinare, reperiemus huic ampliſſimæ gentilitati, famigeratiſſimæque familiæ uſque ab origine prima inſitum, tributumque eſſe natura, ut bonarum artium ſtudioſos ſemper juvaret, tueretur, foveret, amplecteretur, conſervaret, in eoque ſummos & reges, maximos & Imperatores novo quodam liberalitatis genere non adæquaſſe ſolum, ſed longo me hercule quidem etiam intervallo ſuperaſſe omnium inconfeſſo eſt. Sed de his tecum pluribus agere nunc me pudet, tum quia ſus Minervam docere videor, tum etiam quod parva tanquam rate in mari immenſo noſtra vehitur oratio! illud quidem certe ſilentio præterire nullo modo poſſum, nec debeo, adiumento, præſidio, largitate, opeque Medicea Tuſciam univerſam totamque Italiam præſtantiſſimorum virorum ingeniis ſemper floruiſſe, atque ob eam cauſam omnium bonarum artium tanquam ſeminarium quoddam diſciplinis abunde refertum locupletatumque fuiſſe, denique (ne tam multa atque omnia perſequi velle videar) quod hodie in media omnes meraque barbarie non verſemur, id quoque eiuſdem honeſtiſſimæ familiæ beneficio largitum, atque optime conſultum eſſe nemo eſt qui neſciat. Quæ quidem omnia cum diligentius ipſe mecum animo volvo atque conſidero tantum ſpei ſuper neceſſitatibus votiſque meis iam mihi concepiſſe videor, ut omnia quæ tanto mihi opere uſui futura eſſe ſentiam, nullo fere vel negocio, vel labore me impetraſſe putem. Reſtat igitur ut quod mihi facturum te eſſe polliceris quoad eius fieri poſſit celeriter tibi eſſe præſtandum ducas, vereor enim (ut ingenue tibi vera fatear) ne priuſquam voti compos fiam diem extremum obeam, opportune igitur negocium hoc noſtrum extrica atque expedi, quantum potes, ita enim mihi perſuaſi atque animum induxi meum, Coſmum Medicem, quicquid hac de re ſtatuendum decernendumque ipſe innueris atque inſinuaveris, id omne ſummo ſtudio, favore, gratiaque celeriter eſſe comprobaturum; non tamen clam me eſt, quam tecum imprudenter agam, qui tibi tantum oneris imponam, ſed hoc ipſum non petulantiæ aut temeritati meæ, verum facilitati atque humanitati tribuendum puta, qui mihi te nullo loco defuturum tuis proximis literis polliceri volueris. Quidquid igitur muneris Coſmus mihi contulerit (video quantum tibi tribuam) id totum tua opera gratiaque me conſecutum eſſe arbitrabor, atque abs te acceptum feram. Quod autem de Antiſtite noſtro opinaris, recte tu quidem putas, ſi quis enim ſenſus inferis, ut certe quidem eſt, nec aliter eſſe ullo modo aut ratione poteſt, exiſtimandum credendumque eſt, cum nihil aliud expetere & tamquam iure optimo nihil aliud efflagitare, quam ut ſuis omnibus, & præcipue aliquo incommodo & inopia laborantibus

Digitized by Google

rantibus optime consulatur, ita enim illius præclarissime gesta egregiaque facinora exigere ac postulare videntur. Sed de hac re pluribus ad te scribere non audeo, vereor enim ne dum Antistitis nostri laudes, quæ quidem multæ magnæque sunt, tibi commemorare studeam, gloriam splendoremque familiæ nostræ, nec non maiorum nostrorum omnium tamquam stemmata ostentare videar. Quod autem scribis litteras tuas nec cultum, nec ornatum habere, aut ullam venerem sapere, quippe quæ ex tabellionis officina prodeant, facis tu quidem abundantia humanitatis tuæ, ut quæ etiam a doctissimis viris summa cum admiratione & legi possint, & merito debeant, ea non modo non laudanda (quæ tua est summa modestia) sed penitus improbanda putes, tantum abest ab eo ut in tuis litteris, quid aut elegantiæ aut candoris desiderari possit, ut sententiarum lepore, & verborum proprietate, ac venustate orationis non ex Tabellionis (ut scribis) officina, sed ex intima Ciceronis biblioteca, summorumque Philosophorum accademia deprompta esse videantur. De hoc autem genere toto pluribus ad te scriberem, ni magis assentandi causa hæc a me dici, quam quod ita vera sint, suspicari posses; sed vale iam & me tibi quibuscumque rebus poteris (poteris autem plurimis) iuvandum, tutandum, fovendum, amplectendum, sublevandum puta. Pistorii septimo idus Martii M. D. LVIIII. (1)

EPISTOLA XVI.

Ad Joannem Contium.

AUT memoria tibi nostri penitus excidit, aut quod mihi pollicitus es, haudquaquam præstandum esse, rectum putas, quorum quidem potius utrum velim, non facile dixerim; quid tamen abs te tua summa fides, integritasque singularis postulare videatur, erit [ut puto] accuratius tibi multo videndum, diligentiusque considerandum, neque enim is sum, qui te vel monere summa prudentia virum, vel tanta negociorum mole obrutum, ne dicam implicitum, interpellare ausim; verum absre prorsus mea nullo modo fore putavi, nihil non mearum ad te litterarum rursus denuo dare, quibus quidem abs te licet nullum responsum elicerem, ob eamque causam nihil penitus impetrarem, officio tamen ad te scribendi meo satis atque animo facerem. Severus nostræ Reipublicæ quæstor vir me hercule quidem summa fide, & ingenio perspicaci, tuique (quod vidi) amantissimus, cum superioribus diebus domum me conveniisset, quos de me sermones habueris, plane quidem exposuit, tuoque nomine (ut absolvam te paucis) omnia me impetraturum, & propediem voti compotem fore fidem dedit. Quid multa? exilivi magno gaudio, & lætitia, iam iamque tibi maximas gratias & immortales agebam, referre enim nullo modo poteram; postea vero quam tantæ more sunt consecutæ, & nullum, ut recepisti, diploma datum, quanta spe deciderim, quantumque diu noctuque animi pendeam, facilius ipse quidem existimare potes, quam aut verbis exprimerem aut calamo exararem. Quamobrem summa deinde cura atque ægritudine confectus, teterrimoque nostro morbo afflictus non semper cubare lassus & assidue in lecto esse non desino, nec alia ratione ac sollicitudine & angore animi levari me

(1) Aut in superiore epistola perperam notatus est annus 1558. aut heic certe annus idem 1558. adscribendus fuerat. Nam etsi Michael ipse fatetur, distuliisse se morbi causa diutius, quam par erat, responsum Contii literis nemo prudens crediderit illum, qui Contii patrocinio indigebat, quam qui maxime annum ipsum siluisse. Verius tamen dicemus Contium adscripsisse annum 1558. ex Florentinorum consuetudine, qui annum civilem Martio mense inchoabant; decurrisse autem tunc annum 1559.

posse

posse videor, quam aut supremum diem obeam, aut benignitate tua (ne dicam pietate) me sublevatum esse sentiam, quorum quidem utrum tibi maiori vel laudi vel gloriæ sit futurum (quæ tua est summa prudentia) non dubito, quin facile intelligas; Quare te post hac ne obtundam pluribus, rogo, obsecro, atque obtestor, ut tuæ primum existimationis, dignitatis, & fidei denique nostræ mendicitatis, salutis, & vitæ rationem habeas; Vale & me tibi plurimum commendare ne desinas. Datum ex Candelia suburbano paterno Kalen: Junii M. D. LVIIII.

EPISTOLA XVII.

Ad Joannem Contium.

REspiravi tandem aliquando tua opera, Invictissimi Glorioſissimique Cosmi, liberalitate, & munificentia, revixi; diu enim me corporis, atque animi vitio languentem, omnique penitus ope destitutum (ut superioribus litteris tibi significavi), benigne pieque ipse sublevasti; nam etsi tibi per obtrectatores (ut ego quidem suspicor) maiora in me conferre amplioraque largiri non licuit, quia tamen in eo ipso malevolorum invidiam tua quadam innata pietate superasti, id omne qualecumque fuit, libenter accipio, idemque mihi non modo gratum, verum etiam iucundum fuit, & abs te si minus expectationi & inopiæ, in qua assidue versamur [incredibile est enim, quam sit mihi curta supellex) animo certe cumulatissime satis esse factum duco, id quod non modo non negabo, sed & meminero semper, & prædicabo libenter. Quare tibi ingentes gratias ago, agamque dum vivam; quid enim aliud tibi tot oppressus miseriis, tantisque calamitatibus, & ærumnis afflictus habeam polliceri? Velim igitur, nolim, ut in perpetuum tibi, plurimumque non debeam, fieri nullo modo potest. Illud itaque Flacci merito usurpare mihi posse erga te videor. *Quod monstror digito, prætereuntium, quod spiro & vivo tuum est*; Vale, & me (ut cœpisti) tua beneficentia sustenta; ex Candelia suburbano paterno, sexto Idus Quintilis M. D. L. VIIII.

IX.

Michaelis Fortiguerræ Carmina.

I.

Ad Joannem Contium.

VEniſſem ad tua supplex, optime, tecta, Joannes,
Ducere si possent languida membra pedes.
Munera namque soles largiri ingentia egenis,
Nec sufferre vales in sua vota preces.
Immo magnificis donis superare potentes
Niteris, & cupide pro pietate facis,
Ergo illo tibi si videor, modo munere dignus,
Large tuum propera porrigere auxilium.
Tempus inane peto, Mors instat pallida nobis,
Nec patitur longas ducere falce moras.

Dum

Digitized by Google

Dum loquor hæc tecum iam tertia vertitur æstas
Qua præscripta mihi munera sunt cereris.
Abs te principium tibi desinet, annue tantum
Invictis Ducibus numinibusque tuis.
Sic mihi produces vitam, quæcumque futura est,
Diique tuis meritis præmia digna dabunt.

II.

Ad eumdem.

O Mihi dulce decus, spesque o fidissima nostri
Tiphis, & Automedon Principis imperio.
Ultima suscipias oro solemnia vota
Pauperis, & statuas porrigere auxilium,
Crede mihi ingenue, extremum quod te alloquor hoc est,
Aspera Mors instat falce parata sua.
Ergo age, quam primum poteris, succurre petenti,
Virtute insignem te decet esse pium.

III.

JUlius sceptro triplici coruscans
Stemmate & sacro pietate mira
Exhibet Cosmo Medices beato
Annua vota.
Multa Clementis viget inter omnes
Fama mortales, velut inter astra
Luna, nec præsens simile aut secundum
Numen habetur.
Julium festum celebrate cuncti
Nobile, & magnis date thura Cosmo
Laudibus, stirpis Medices, Deorum
Sorte fruentis.
Septimus Clemens superat Leonem
Gloria fratrem, tenet ille cœlum
Lucidum, Clemens hodie supremus
Regnat ubique.

IV.

De Laura nuper a Francisco Gallorum Rege, reperta, Tumuloque insigni restituta, ac recondita. (1)

QUÆ fueram primum cæcis occulta latebris
Laura, sed illustris mille poematibus,
Nunc ego magnanimi virtute & munere Regis
Huic tam conspicuo reddita sum tumulo,
Franciscis igitur cum sim illustrata duobus
Et vati, & Regi fama perennis ero.

(1) Contigit hoc anno 1533. Vide Petrarchæ carmina ab Josepho Comino edita Patavii 1732. pag. LXXIII.

Vita

posse videor, quam aut supremum diem obeam, aut benignitate tua (ne dicam pietate) me sublevatum esse sentiam, quorum quidem utrum tibi maiori vel laudi vel gloriæ sit futurum (quæ tua est summa prudentia) non dubito, quin facile intelligas; Quare te post hac ne obtundam pluribus, rogo, obsecro, atque obtestor, ut tuæ primum existimationis, dignitatis, & fidei denique nostræ mendicitatis, salutis, & vitæ rationem habeas; Vale & me tibi plurimum commendare ne desinas. Datum ex Candelia suburbano paterno Kalen: Junii M. D. LVIIII.

EPISTOLA XVII.

Ad Joannem Contium.

REspiravi tandem aliquando tua opera, Invictissimi Glorioſissimique Cosmi, liberalitate, & munificentia, revixi; diu enim me corporis, atque animi vitio languentem, omnique penitus ope destitutum (ut superioribus litteris tibi significavi), benigne pieque ipse sublevasti; nam etsi tibi per obtrectatores (ut ego quidem suspicor) maiora in me conferre amplioraque largiri non licuit, quia tamen in eo ipso malevolorum invidiam tua quadam innata pietate superasti, id omne qualecumque fuit, libenter accipio, idemque mihi non modo gratum, verum etiam iucundum fuit, & abs te si minus expectationi & inopiæ, in qua assidue versamur [incredibile est enim, quam sit mihi curta supellex) animo certe cumulatissime satis esse factum duco, id quod non modo non negabo, sed & meminero semper, & prædicabo libenter. Quare tibi ingentes gratias ago, agamque dum vivam; quid enim aliud tibi tot oppressus miseriis, tantisque calamitatibus, & ærumnis afflictus habeam polliceri? Velim igitur, nolim, ut in perpetuum tibi, plurimumque non debeam, fieri nullo modo potest. Illud itaque Flacci merito usurpare mihi posse erga te videor. *Quod monstror digito, prætereuntium, quod spiro & vivo tuum est*; Vale, & me (ut cœpisti) tua beneficentia sustenta; ex Candelia suburbano paterno, sexto Idus Quintilis M. D. L. VIIII.

IX.

Michaelis Fortiguerræ Carmina.

I.

Ad Joannem Contium.

VEnissem ad tua supplex, optime, tecta, Joannes,
Ducere si possent languida membra pedes.
Munera namque soles largiri ingentia egenis,
Nec sufferre vales in sua vota preces.
Immo magnificis donis superare potentes
Niteris, & cupide pro pietate facis,
Ergo illo tibi si videor, modo munere dignus,
Large tuum propera porrigere auxilium.
Tempus inane peto, Mors instat pallida nobis,
Nec patitur longas ducere falce moras.

Dum

Digitized by Google

Dum loquor hæc tecum iam tertia vertitur æstas
Qua præscripta mihi munera sunt cereris.
Abs te principium tibi desinet, annue tantum
Invictis Ducibus numinibusque tuis.
Sic mihi produces vitam, quæcumque futura est,
Diique tuis meritis præmia digna dabunt.

I I.

Ad eumdem.

O Mihi dulce decus, spesque o fidissima nostri
Tiphis, & Automedon Principis imperio.
Ultima suscipias oro solemnia vota
Pauperis, & statuas porrigere auxilium,
Crede mihi ingenue, extremum quod te alloquor hoc est,
Aspera Mors instat falce parata sua.
Ergo age, quam primum poteris, succurre petenti,
Virtute insignem te decet esse pium.

I I I.

JUlius sceptro triplici coruscans
Stemmate & sacro pietate mira
Exhibet Cosmo Medices beato
Annua vota.
Multa Clementis viget inter omnes
Fama mortales, velut inter astra
Luna, nec præsens simile aut secundum
Numen habetur.
Julium festum celebrate cuncti
Nobile, & magnis date thura Cosmo
Laudibus, stirpis Medices, Deorum
Sorte fruentis.
Septimus Clemens superat Leonem
Gloria fratrem, tenet ille cœlum
Lucidum, Clemens hodie supremus
Regnat ubique.

I V.

De Laura nuper a Francisco Gallorum Rege, reperta, Tumuloque insigni restituta, ac recondita. (1)

QUÆ fueram primum cæcis occulta latebris
Laura, sed illustris mille poematibus,
Nunc ego magnanimi virtute & munere Regis
Huic tam conspicuo reddita sum tumulo,
Franciscis igitur cum sim illustrata duobus
Et vati, & Regi fama perennis ero.

(1) Contigit hoc anno 1533. Vide Petrarchæ carmina ab Josepho Comino edita Patavii 1732. pag. LXXIII.

Vita

posse videor, quam aut supremum diem obeam, aut benignitate tua (ne dicam pietate) me sublevatum esse sentiam, quorum quidem utrum tibi maiori vel laudi vel gloriæ sit futurum (quæ tua est summa prudentia) non dubito, quin facile intelligas; Quare te post hac ne obtundam pluribus, rogo, obsecro, atque obtestor, ut tuæ primum existimationis, dignitatis, & fidei denique nostræ mendicitatis, salutis, & vitæ rationem habeas; Vale & me tibi plurimum commendare ne desinas. Datum ex Candelia suburbano paterno Kalen: Junii M. D. LVIIII.

EPISTOLA XVII.

Ad Joannem Contium.

REspiravi tandem aliquando tua opera, Invictissimi Glorioſissimique Cosmi, liberalitate, & munificentia, revixi; diu enim me corporis, atque animi vitio languentem, omnique penitus ope destitutum (ut superioribus litteris tibi significavi), benigne pieque ipse sublevasti; nam etsi tibi per obtrectatores (ut ego quidem suspicor) maiora in me conferre amplioraque largiri non licuit, quia tamen in eo ipso malevolorum invidiam tua quadam innata pietate superasti, id omne qualecumque fuit, libenter accipio, idemque mihi non modo gratum, verum etiam iucundum fuit, & abs te si minus expectationi & inopiæ, in qua assidue versamur [incredibile est enim, quam sit mihi curta supellex) animo certe cumulatissime satis esse factum duco, id quod non modo non negabo, sed & meminero semper, & prædicabo libenter. Quare tibi ingentes gratias ago, agamque dum vivam; quid enim aliud tibi tot oppressus miseriis, tantisque calamitatibus, & ærumnis afflictus habeam polliceri? Velim igitur, nolim, ut in perpetuum tibi, plurimumque non debeam, fieri nullo modo potest. Illud itaque Flacci merito usurpare mihi posse erga te videor. *Quod monstror digito, prætereuntium, quod spiro & vivo tuum est*; Vale, & me (ut cœpisti) tua beneficentia sustenta; ex Candelia suburbano paterno, sexto Idus Quintilis M. D. L. VIIII.

IX.

Michaelis Fortiguerræ Carmina.

I.

Ad Joannem Contium.

VEnissem ad tua supplex, optime, tecta, Joannes,
Ducere si possent languida membra pedes.
Munera namque soles largiri ingentia egenis,
Nec sufferre vales in sua vota preces.
Immo magnificis donis superare potentes
Niteris, & cupide pro pietate facis,
Ergo illo tibi si videor, modo munere dignus,
Large tuum propera porrigere auxilium.
Tempus inane peto, Mors instat pallida nobis,
Nec patitur longas ducere falce moras.

Dum

Digitized by Google

Dum loquor hæc tecum iam tertia vertitur æstas
Qua præscripta mihi munera sunt cereris.
Abs te principium tibi desinet, annue tantum
Invictis Ducibus numinibusque tuis.
Sic mihi produces vitam, quæcumque futura est,
Diique tuis meritis præmia digna dabunt.

II.

Ad eumdem.

O Mihi dulce decus, spesque o fidissima nostri
Tiphis, & Automedon Principis imperio.
Ultima suscipias oro solemnia vota
Pauperis, & statuas porrigere auxilium,
Crede mihi ingenue, extremum quod te alloquor hoc est,
Aspera Mors instat falce parata sua.
Ergo age, quam primum poteris, succurre petenti,
Virtute insignem te decet esse pium.

III.

JUlius sceptro triplici coruscans
Stemmate & sacro pietate mira
Exhibet Cosmo Medices beato
Annua vota.
Multa Clementis viget inter omnes
Fama mortales, velut inter astra
Luna, nec præsens simile aut secundum
Numen habetur.
Julium festum celebrate cuncti
Nobile, & magnis date thura Cosmo
Laudibus, stirpis Medices, Deorum
Sorte fruentis.
Septimus Clemens superat Leonem
Gloria fratrem, tenet ille cœlum
Lucidum, Clemens hodie supremus
Regnat ubique.

IV.

De Laura nuper a Francisco Gallorum Rege, reperta, Tumuloque insigni restituta, ac recondita. (1)

QUÆ fueram primum cæcis occulta latebris
Laura, sed illustris mille poematibus,
Nunc ego magnanimi virtute & munere Regis
Huic tam conspicuo reddita sum tumulo,
Franciscis igitur cum sim illustrata duobus
Et vati, & Regi fama perennis ero.

(1) Contigit hoc anno 1533. Vide Petrarchæ carmina ab Josepho Comino edita Patavii 1732. pag. LXXIII.

Vita

X.

Vita Illuſtriſſimi ac Reverendiſſimi Jo. Petri Fortiguerræ Epiſcopi Biruntini, ab Johanne Baptiſta Fortiguerra ejus fratre deſcripta, ac nunc primum edita.

M. Gio. Pietro nacque alli 10. di Ottobre 1517., atteſe ſempre alle lettere, ſtudiò 6. anni in Bologna nella legal facultà, e quivi, e in Piſtoia ſoſtenne pubblicamente 40. concluſioni contra la comune oppinione; ſi dottorò in Piſa nel 1545. Andò a Roma, e dal Cardinal Doria fu mandato a Napoli per conto d' una Lite di grandiſſima importanza, della quale ottenuta la vittoria, egli ritornò a Roma, dove ſtette anni 15. dando opera alle cauſe civili, e tenendo caſa aperta con Servitori, e con cavalcatura, e da diverſi Signori, e gentilhuomini, e Mercatanti Fiorentini, Genoveſi, e Spagnoli aveva di provviſione ferma ſcudi 50. il meſe, e con lo ſtraordinario arrivava a ſcudi 1000. ogni anno; comperò un Notariato di Rota, e una Caſa in Roma, & era in grandiſſimo credito, e mentre andava creſcendo di riputazione, e di guadagno; l' Illmo Sig. Cardinal Farneſe Nipote di Papa Paolo terzo, il qual tra i Cardinali teneva il principato, lo fece richiedere dal Magnifico, e nobiliſſimo M. Bernardo Acciaiuoli gentilhuomo Fiorentino, che gli piaceſſe di andare a' ſuoi ſervitij, & egli che di buona coſcienza fu ſempre, e molto timoroſo di Dio, conoſcendo, che nel litigare e difender l' altrui cauſa difficil coſa era a non gravare in qualche parte l' anima ſua, accettò volentieri quella onorata, e da molti deſideratiſſima ſervitù. Lo mandò dunque il Card.le ſuo general Vicario a Spoleto con provviſion ferma di ſcudi 400. ogni anno, e con ampliſſima autorità, dove egli ſtette 4. anni con tanta contentezza del Card. che non ſi potrebbe dir mai, e con tanta ſatisfazione di tutta quella Città, che per dimoſtrarli il ſuo grato animo verſo di lui, fece e creò eſſo e tutti e ſui fratelli, e nipoti legittimi e naturali Cittadini di Spoleto con tutti gli honori e privilegij, che ella hà, ficcome ſi può vedere nelle lettere patenti ſpedite ſopra di ciò, che ſono appreſſo di me, e cominciano *Præſides Populi Civitatis Spoleti Clariſſimo viro J. V. D. D. Jo. Petro Fortiguerræ Piſtorienſi, in Eccleſia Spoletana Vicario meritiſſimo*, nel 1560. il detto Sig. Card. lo mandò per ſuo Vicario generale in Avignone, dove prima era ſtato Vicario Monſig. Facchinetto, che fù poi Card. e ultimamente ſommo Pontefice nominato Innocenzo IX. e commeſſe al Governo ſuo il Veſcovado di Viviers, e certe ſue badie con pieno e libero mandato, e gl' impoſe che a nome ſuo trattaſſe altri negozij d'importanza con li Smi Duca, e Ducheſſa di Savoia. Stette 6. anni in Avignone, dove per cagione degli Eretici Ugonotti durò fatiche grandi, e portò gran pericolo di laſciarvi la vita; fù graditiſſimo a tutta quella magnifica, e gentiliſſima Città, ed eſſendo in quel tempo morto Monſig. Bozzuto, che avea il titolo, e il nudo nome di Arciveſcovo di Avignone, tutti quei Popoli ſupplicorono al Papa, che deſſe loro per Arciveſcovo Monſig. Gio. Pietro Forteguerra. Ma avendo già Papa Pio V. col conſenſo del Card. Farneſe fatto grazia di quella Chieſa ad un nipote del Card. d'Armignac, non potette aver effetto il deſiderio di quella onoratiſſima Città. Tornato che egli fù a Roma con incredibil grazia e contentamento del ſuo Cardinale, e di tutta la Corte, gli fù ſcritto, che M. Filippo di Franceſco Forteguerri era paſſato all' altra vita, e perche egli aveva il regreſſo nella Prioria di San Paolo, con tale occaſione domandò licentia a S. S. Ill.ma di poter venir a Piſtoja. Venuto dunque

Digitized by Google

que, e facendo proponimento di ripoſarſi, e di dover vivere quietamente nella Patria, ecco quando egli meno l' aſpettava, il Card.le Farneſe gli ſcriſſe, che quanto prima poteva, andaſſe a trovarlo, perchè aveva deliberato di mandarlo per Suffraganeo nel ſuo Arciveſcovado di Monreale. Andò a Roma, dove fu creato Pronotario Apoſtolico, e poco dopo Veſcovo col titolo di Cirene, e arrivato in Sicilia fù conſecrato in Palermo dall' Arciveſcovo di quella Real Cittade, dal Veſcovo di Siracuſa, e da quel di Catania. Stette Suffraganeo, e Soprintendente del Card. anni 6. con ſomma contentezza di quei popoli, e da Monſig. Bizzerra inquiſitor generale, e molto favorito del Re Cattolico fù fatto Conſultore della ſanta Inquiſizione, che al modo di Spagna ſi fà, e ſi eſercita in quel Regno con grandiſſimi privilegi e favori. Finalmente avendo il Card.le col conſenſo del Re Cattolico rinunziato il detto Arciveſcovado in favore di Monſig. di Torres grande e ricco Prelato Spagnuolo e cherico di camera, con riſervarſi una penſione di ſcudi 2000. d'oro ogni anno, fù di meſtiero che Monſig. Forteguerra cedeſſe, e rinunziaſſe ad una penſione, che egli aveva ſul detto Arciveſcovado di ſcudi 500. d' oro ogn' anno promettendogli il Cardinale di ricompenſarlo con entrata maggiore. Arrivato il nuovo Arciveſcovo a Monreale, e pigliato il poſſeſſo, fù dal Suffraganeo pienamente informato di quanto biſognava, al quale l' Arciveſcovo reſe grazie infinite, e gli donò un bacino, e un boccale belliſſimo di argento, e ſulle medeſime galee, che conduſſero l' Arciveſcovo a Palermo, fu egli con tutti e ſuoi portato a Napoli, e di quì per terra ſe n' andò a Roma, dove da Papa Gregorio XIII., di cui egli fù ſcolare in Bologna, e dal Card.le fù veduto e raccolto con lietiſſima cera, e mentre ſi trattava di dargli per premio di tante ſue fatiche qualche buon Veſcovado, all'improviſo e nel palazzo del Card.le paſsò di queſta all' altra vita Monſig. Cornelio Muſſo Veſcovo di Bitonto, e ſubito il Cardinale, che n' aveva il regreſſo, mandò al Papa Mr. Carlo Gualteruzzi da Fano ſuo principal Secretario, a pregar ſua Beatitudine, che ſi contentaſſe di dar quella Chieſa a Monſig. Forteguerra; il che molto gli piacque, e nel Senato de' Signori Cardinali narrò le ſue virtù, e che gli era ſtato ſuo ſcolare. Con gran favor di quel Sacroſanto Collegio fu aſſunto a quel Veſcovado nel 1574. (1). E prima che egli andaſſe a pigliarne il poſſeſſo, volle rivedere la noſtra amata Patria, ed avendo in Fiorenza viſitato il S.mo Gran Duca Franceſco, & offertoſi in ſervo a S. A. dalla quale fù veduto con allegriſſima ciera, e lodato aſſai de' ſuoi onorati portamenti con fargli aſſai proferte, a 12. di Luglio arrivò in Piſtoia eſſendogli andati incontro moltiſſimi parenti e amici. Ma perchè egli aveva patito aſſai ne' viaggi fatti in quella ardente ſtagione, avvenne, ch'egli ſi ammalò gravemente di febbre terzana doppia, e andò a gran pericolo di perder la vita; pur finalmente per la grazia di Dio, e per la buona cura de' Medici ſi liberò da quella infermità; e non eſſendoci allhora il Veſcovo, a preghi degli Ufitiali della Sapienza cantò la Meſſa nel ſolenne giorno di San Bartolommeo, e ricercato dagli operaj di San Jacopo, e da molti che avevano le lor figliuole e ſorelle monache nel Moniſterio di Santa Maria delle Grazie altrimenti del Letto, velò e conſacrò a Dio x. di quelle. E al primo d' Ottobre accompagnato da molti per tre miglia ſi partì per la volta di Roma, dove avendo fatto reverenza a Sua Santità, e da quella ottenute altre grazie, & avendo viſitato tutti quegli Illmi Sig. Cardinali, a' 25. di detto ſi partì di Roma, e a' 29. giunſe a Napoli, dove già il Clero di Bitonto aveva mandato due principali Canonici con altre genti per incontrarlo, e accompagnarlo, e quivi a nome del Capitolo gli preſentarono ſcudi 200. Fece l' entrata in Bitonto

(1) 19. Seu potius 26. Aprilis. Ughell. T. VI. Ital. ſacræ, Venetæ noviſſ. edit. col. 690.

Digitized by Google

alli 7. di Novembre con tanta allegrezza e festa di quella Città, e con tanto concorso di popolo, che mai non si potrebbe esprimere. La Comunità gli mandò a donare fra denari, confezioni, zucchero, cere bianche, e altre cose per più di 200. scudi. Le Monache parimenti gli mandarono onoratissimi doni. A queste, e a molte altre cortesie usateli dal pubblico, non volle esser ingrato. Era consuetudine osservata per lo spatio di più di 200. anni in quella Città, che di ogni maritaggio, che si faceva tra quelli, che erano di Bitonto, al Vescovo si donassero un paio di galline, e de' matrimoni, che si facevano tra i forastieri, si dovesse avere un Castrone. Questa usanza antica non volle Monsig. che mai si osservasse al tempo suo, e da questa e da molte altre spese, e gravezze, che si facevano nella corte ecclesiastica, liberò la città. Alla sua Chiesa donò quel bacino, e quel boccale d'argento, che a lui fu donato dall'Arcivescovo di Monreale, e fece un paramento per l'Altare, e una pianeta, e un piviale di teletta d'oro, e perchè nel mezzo dell'Altare principale era un vaso piccolo, e non conveniente, dentro al quale si riponeva, e si conservava il Santissimo Sacramento, persuase al Capitolo de' Canonici, che se ne facesse un'altro più grande, e più onorato, il qual fu fatto, e egli di suo vi spese scudi 200. e dell'entrate della Sacrestia si spesero scudi 1500. All'entrare del Coro era una porta di legname vecchia, & intarlata, ed egli ve ne fece fare un'altra di noce assai più grande, e con magnifico lavoro, in cima della quale è l'arme de'Forteguerri. Fece accomodare e restaurare il Palazzo del Vescovado, che era al tutto mal'andato, e in più volte vi spese più di 200. scudi. Si trattava in quel tempo di dar per moglie la figliola del Duca d'Urbino nipote del Cardinal Farnese al Sig. Jacopo Buoncompagni figliuolo naturale di Papa Gregorio, e il detto Farnese, avendo effetto quel parentado, come fermamente si credeva, aveva domandato a Sua Santità, che li piacesse di far 4. Cardinali a sua contemplazione, fra i quali Farnese nominò, e scrisse di sua mano Monsig. Forteguerra Vescovo di Bitonto; ma l'adversa fortuna nostra fece, che l'invidia di alcuni Signori grandi operò tanto, che quel maritaggio non andò innanzi. In processo di tempo venne al detto Monsig. gran desiderio di fare nella predetta Chiesa cattedrale una cappella dedicata alla Santissima Concezione della regina del Cielo, fecela nella parte di sotto di detta Chiesa a man sinistra e l'ornò e dotò onoratamente, e inoltre impetrò da Papa Gregorio, che nella detta Cappella fosse l'Altare privilegiato a benefitio e ajuto de' fedeli defunti, e quivi nel mezzo al paro del pavimento fece fare di pietra semplice l'umil sua sepoltura.

Agli 15. di Dicembre 1592. in Martedì il giorno della Concezione della Santissima Regina del Cielo avendo il suddetto Monsig. Rmo celebrata la sua Messa piana, e di poi fatto 3. doti a tre povere fanciulle di scudi 30. per ciascuna, s'infermò, e stette così fino al Venerdì mattina che fù agli 11. del sopradetto mese, e circa le ore x. piacque all'Altissimo di farlo passare da questa misera e infelice vita a quella tranquilla e quieta, sendo in età d'anni 78. mesi 2. Morì in Bitonto alla sua Chiesa, dove per 18. anni ha fatto quasi sempre continua residenza con inesplicabile benevolenza, e obedienza di tutti quei popoli.

Omnia tecum una perierunt gaudia nostra
Tecum una tota est nostra sepulta domus.

Digitized by Google

XI.

Ad Joh. Petrum Fortiguerram Episcopum Bituntinum Jo. Thomæ Gennatij Epistola nunc primum edita.

Rmo D. Johanni Petro Fortiguerræ Episcopo Bituntino
Jo. Thomas Gennatius.

S. P. D.

CUm annum, & jam amplius Bitunti literas publice profitear, æquum erat, Rme Antistes, ut simul ac me huc contulissem, te adirem, cujus imperio & auspiciis omnia hac in civitate ad religionem animique cultum spectantia sunt agenda. Sed nec id a me (quæ tua est humanitas, ac facilitas) ipse exegisti; nec ego ultro egi, meo quodam ingenito pudore, & ut græci appellant Δυσωπια impeditus. Verum si statim, ut debui, id egissem; officio potius quam amori in te meo erat tribuendum, quis enim rem incognitam, nec sibi satis perspectam amare possit. Cum vero tanto post tempore literis tibi obstrepere audeam, ut animum tibi patefaciam meum, virtutum tuarum magnitudine, & admiratione adductum, & impulsum me esse, credendum est. Una enim omnium voce, unoque omnium consensu te omni laudum genere cumulari, & extolli audio, in te unum omnium ora oculique sunt conversi; te unum sibi observandum, colendum, imitandum fatentur, & proponunt. Ego quidem universo hujus anni curriculo, te intuens, tuaque omnia quasi Speculator diligentissimus, observans, nihil non laudabile, nihil non imitatione, & admiratione dignum animadverti. Singula non referam, nam & res ipsa longiorem postularet orationem, & nunc multa missa facio, quæ alias, si dabitur facultas, non tacebo; nec dicam quanti semper te fecerit Alexander ille Farnesius, cujus ex castissima, nobilissimaque domo tamquam ex equo Trojano innumeri Principes exierunt; omitto quanta abstinentia, temperantia, justitia, totiusque vitæ integritate præditum te viderit, & obstupuerit Sicilia; silendum mihi censeo, quanta morum sanctitate, ceteriisque virtutibus ornatum te conspexerit. Narbonensis illa Gallia vetustissima Romanorum provincia, quæ te nunc maxime votis expetit & exoptat, te unum tot suis erumnis & religionis rebus afflictis & propemodum perditis opem afferre posse sibi persuadet. Tacendum quoque est mihi, quanti te faciat Gregorius summus Reipublicæ Christianæ Princeps. Illud silentio non prætermittam, te non modo verbis populum tibi creditum, & commissum ad bene agendum, honesteque vivendum hortari; sed etiam re ipsa, tuoque exemplo excitare. Itaque quod nonnulli longis verborum ambagibus frustra conantur, ipse facillima re una consequeris, atque præstas. Quare merito ferreus essem habendus, corneamque mihi fibram, ut Poeta ille dixit, esse non inficias irem; si te talem, tantumque virum non amarem, non admirarer, non omni observantiæ genere prosequerer. Quæ omnia & ipse libentissime facio, & me ita esse in te animatum tibi persuaderi velim, quod tum demum me assecutum putabo; cum tuorum in numero me haberi sensero. Equidem quod ad me attinet, idem presens, absensque semper futurus omnia tuo agam nutu, meque totum tuæ committo, & trado fidei. Vale.

(1) *Silentio & longa taciturnitate.* Ita in MS. exemplo; sed *verecundiam* interpretare.

Digitized by Google

alli 7. di Novembre con tanta allegrezza e festa di quella Città, e con tanto concorso di popolo, che mai non si potrebbe esprimere. La Comunità gli mandò a donare fra denari, confezioni, zucchero, cere bianche, e altre cose per più di 200. scudi. Le Monache parimenti gli mandarono onoratissimi doni. A queste, e a molte altre cortesie usateli dal pubblico, non volle esser ingrato. Era consuetudine osservata per lo spatio di più di 200. anni in quella Città, che di ogni maritaggio, che si faceva tra quelli, che erano di Bitonto, al Vescovo si donassero un paio di galline, e de' matrimoni, che si facevano tra i forastieri, si dovesse avere un Castrone. Questa usanza antica non volle Monsig. che mai si osservasse al tempo suo, e da questa e da molte altre spese, e gravezze, che si facevano nella corte ecclesiastica, liberò la città. Alla sua Chiesa donò quel bacino, e quel boccale d'argento, che a lui fu donato dall'Arcivescovo di Monreale, e fece un paramento per l'Altare, e una pianeta, e un piviale di teletta d'oro, e perchè nel mezzo dell'Altare principale era un vaso piccolo, e non conveniente, dentro al quale si riponeva, e si conservava il Santissimo Sacramento, persuase al Capitolo de' Canonici, che se ne facesse un'altro più grande, e più onorato, il qual fu fatto, e egli di suo vi spese scudi 200. e dell'entrate della Sacrestia si spesero scudi 1500. All'entrare del Coro era una porta di legname vecchia, & intarlata, ed egli ve ne fece fare un'altra di noce assai più grande, e con magnifico lavoro, in cima della quale è l'arme de'Forteguerri. Fece accomodare e restaurare il Palazzo del Vescovado, che era al tutto mal'andato, e in più volte vi spese più di 200. scudi. Si trattava in quel tempo di dar per moglie la figliola del Duca d'Urbino nipote del Cardinal Farnese al Sig. Jacopo Buoncompagni figliuolo naturale di Papa Gregorio, e il detto Farnese, avendo effetto quel parentado, come fermamente si credeva, aveva domandato a Sua Santità, che li piacesse di far 4. Cardinali a sua contemplazione, fra i quali Farnese nominò, e scrisse di sua mano Monsig. Forteguerra Vescovo di Bitonto; ma l'adversa fortuna nostra fece, che l'invidia di alcuni Signori grandi operò tanto, che quel maritaggio non andò innanzi. In processo di tempo venne al detto Monsig. gran desiderio di fare nella predetta Chiesa cattedrale una cappella dedicata alla Santissima Concezione della regina del Cielo, fecela nella parte di sotto di detta Chiesa a man sinistra e l'ornò e dotò onoratamente, e inoltre impetrò da Papa Gregorio, che nella detta Cappella fosse l'Altare privilegiato a benefitio e ajuto de' fedeli defunti, e quivi nel mezzo al paro del pavimento fece fare di pietra semplice l'umil sua sepoltura.

Agli 15. di Dicembre 1592. in Martedì il giorno della Concezione della Santissima Regina del Cielo avendo il suddetto Monsig. Rmo celebrata la sua Messa piana, e di poi fatto 3. doti a tre povere fanciulle di scudi 30. per ciascuna, s'infermò, e stette così fino al Venerdì mattina che fù agli 11. del sopradetto mese, e circa le ore x. piacque all'Altissimo di farlo passare da questa misera e infelice vita a quella tranquilla e quieta, sendo in età d'anni 78. mesi 2. Morì in Bitonto alla sua Chiesa, dove per 18. anni ha fatto quasi sempre continua residenza con inesplicabile benevolenza, e obedienza di tutti quei popoli.

Omnia tecum una perierunt gaudia nostra
Tecum una tota est nostra sepulta domus.

Digitized by Google

XI.

Ad Joh. Petrum Fortiguerram Episcopum Biuntinum Jo. Thomæ Gennatij Epistola nunc primum edita.

Rmo D. Johanni Petro Fortiguerræ Episcopo Biuntino
Jo. Thomas Gennatius.

S. P. D.

CUm annum, & jam amplius Biunti literas publice profitear, æquum erat, Rme Antistes, ut simul ac me huc contulissem, te adirem, cujus imperio & auspiciis omnia hac in civitate ad religionem animique cultum spectantia sunt agenda. Sed nec id a me (quæ tua est humanitas, ac facilitas) ipse exegisti; nec ego ultro egi, meo quodam ingenito pudore, & ut græci appellant Δυσωπια impeditus. Verum si statim, ut debui, id egissem; officio potius quam amori in te meo erat tribuendum, quis enim rem incognitam, nec sibi satis perspectam amare possit. Cum vero tanto post tempore literis tibi obstrepere audeam, ut animum tibi patefaciam meum, virtutum tuarum magnitudine, & admiratione adductum, & impulsum me esse, credendum est. Una enim omnium voce, unoque omnium consensu te omni laudum genere cumulari, & extolli audio, in te unum omnium ora oculique sunt conversi; te unum sibi observandum, colendum, imitandum fatentur, & proponunt. Ego quidem universo hujus anni curriculo, te intuens, tuaque omnia quasi Speculator diligentissimus, observans, nihil non laudabile, nihil non imitatione, & admiratione dignum animadverti. Singula non referam, nam & res ipsa longiorem postularet orationem, & nunc multa missa facio, quæ alias, si dabitur facultas, non tacebo; nec dicam quanti semper te fecerit Alexander ille Farnesius, cujus ex castissima, nobilissimaque domo tamquam ex equo Trojano innumeri Principes exierunt; omitto quanta abstinentia, temperantia, justitia, totiusque vitæ integritate præditum te viderit, & obstupuerit Sicilia; silendum mihi censeo, quanta morum sanctitate, ceterisque virtutibus ornatum te conspexerit. Narbonensis illa Gallia vetustissima Romanorum provincia, quæ te nunc maxime votis expetit & exoptat, te unum tot suis erumnis & religionis rebus afflictis & propemodum perditis opem afferre posse sibi persuadet. Tacendum quoque est mihi, quanti te faciat Gregorius summus Reipublicæ Christianæ Princeps. Illud silentio non prætermittam, te non modo verbis populum tibi creditum, & commissum ad bene agendum, honesteque vivendum hortari; sed etiam re ipsa, tuoque exemplo excitare. Itaque quod nonnulli longis verborum ambagibus frustra conantur, ipse facillima re una consequeris, atque præstas. Quare merito ferreus essem habendus, corneamque mihi fibram, ut Poeta ille dixit, esse non inficias irem; si te talem, tantumque virum non amarem, non admirarer, non omni observantiæ genere prosequerer. Quæ omnia & ipse libentissime facio, & me ita esse in te animatum tibi persuaderi velim, quod tum demum me assecutum putabo; cum tuorum in numero me haberi sensero. Equidem quod ad me attinet, idem presens, absensque semper futurus omnia tuo agam nutu, meque totum tuæ committo, & trado fidei. Vale.

(1) *Silentio & longa taciturnitate.* Ita in MS. exemplo; sed *verecundiam* interpretare.

Digitized by Google

XII.

Ejuſdem ad eumdem Epigramma.

GRegorius Paſtor vigilantes eligit ipſos
Paſtores, Chriſti qui tueantur oves :
Tu vigilans, prudens, fortiſque electus ab illo
Hunc populum ſacra qui ditione regas
Idem purpureo te ornabit Petre galero
Stemmata ſed Petri more dabit ipſe Deus ;

XIII.

De Infulis Biruntinis eidem conlatis ejuſdem Gennatii Epigrammata duo Italica.

I.

SAcro Paſtor del gregge Bitontino
Della gran verga degno, e del gran manto,
Che laſciò Chriſto a quel, che ſi diè vanto
Del nome, ch' à voi diede alto deſtino
Sprezzando il mondo, e volto al ver cammino
Ch' al Ciel conduce, colmo d' ogni ſanto
Penſier n' andate, e ben moſtrate in tanto
Eſſer tra noi celeſte pellegrino ;
Felice gregge, a cui sì buon Paſtore
E così fida ſcorta il Ciel n' ha dato
Che ti paſca, e ti guidi al tuo Fattore
Rendi a Dio gratie a pien lieto e beato
Bitonto, e tien da Lui ſommo favore
Ch' il Forteguerra ſuo t' abbia mandato.

Digitized by Google

SONETTO II.

A Bitonto.

NE per bontà che d' aria in te ſi vede
Di cui miglior non hebbe unqua Crotone,
Ne perchè ne' tua campi alta tenzone
Fan Palla, e Bacco, che v' han propria ſede
Ne perch' ogni Città vicina cede,
E molte di lontana regione
Alle ricchezze tue con gran ragione
Bitonto la tua gloria ogn' altra eccede
Ma goder lieto puoi di tua ventura,
A cui per hoggi il Sol non vede in terra
Ne vedrà forſe nell' età futura
Ch' a pena il Muſſo tuo (1) poſto ſotterra
Dal Ciel ti manda, chi del tutto ha cura,
Per farti a pien felice, il Fortiguerra.

XIIII.

In obitu Joh. Petri Fortiguerræ Bituntini Epiſcopi, Italica carmina Joh. Baptiſtæ fratris.

SONETTO PRIMO.

MElpomene s' ardiſti cantar mai
Elegie meſte, e lagrimoſi verſi
Vien hor a noi nel pianto, e duol ſommerſi
E riſonar fa il Ciel de' noſtri guai
Morto è quel pio Fratel ch' io tanto amai,
Nel caſto cor di cui potean vederſi
Effetti di pietà grandi, e diverſi
E d' ogn' altra virtù ſplendenti rai.
Ben pianger de' l' amato ſuo Bitonto,
Poich' ha perduto il Paſtor vero e Padre
Di tutti quei da ria fortuna oppreſſi.
Di cantar l' opre ſue lo ſpirto è pronto
Ma tante dice furo, e sì leggiadre
Ch' appena dir lo pon gl' Angeli ſteſſi.

ADNOTATIO.

(1) Cornelium Muſſum intellige Bituntinum Epiſcopum.

SO-

Digitized by Google

SONETTO II.

SE ben d' haver perduto assai mi duole
Quel ch' era doppo Dio mia speme in terra,
Se ben l' antica stirpe Forteguerra
Estinto vede il suo più chiaro sole
Non potre' anco dir mai con parole
Quanto dolor nell' alma mia si serra
Poiche la Patria vede un huom sotterra
Atto a saldar le aspre sue piaghe, e sole
E certo ò sian i vecchi errori, o sia
La sua malvagia e dolorosa sorte,
Nessuno, o raro in Lei venir può illustre:
Come alcun cresce, gli è rotta la via
Dall' invidia, o dall' empia acerba morte,
Tal che stà sempre in valle ima e palustre.

SONETTO III.

VErgine Madre, di Dio figlia, e sposa,
Che doppo Dio nel Ciel siedi beata,
Tu sai, con quanto amor ti abbia onorata
Quel, la cui morte or m' è tanto noiosa
E ben fù la sua vita virtuosa,
Di fede e speme, e caritade ornata
Pur com' huom l' alma aver potea macchiata
Di qualche colpa a noi mortali ascosa
Tu Regina clemente eccelsa e pia
Fa co' tuoi preghi, che la sua bell' Alma
Veng' hor in Paradiso a reverirti
A me Stella del mar dolce Maria
Impetra al fin, ch' io porti illustre palma
De' ribelli di Dio maligni spirti.

Digitized by Google

SONETTO IV.

QUando penſo talhor al grave danno
Che per la morte tua, Fratel, ſoffriſco,
D' alzar la viſta al Ciel più non ardiſco,
E ſento nel mio cor mortale affanno
Son giunto al quinto, e ſettanteſim' anno
Dice egli, e del mondan tenace viſco
Pregai 'l Signor, ond' hor l' Alma nudriſco,
Che mi levaſſe dal ſuo falſo inganno
Udì ſua Majeſtà miei preghi ardenti;
Vivo beato in Ciel; ſta dunque lieto;
Non turbar il mio ben co' tuoi lamenti
Non accuſo dich' io l' alto decreto
Ma à la ria ſorte, a ſoſpir miei cocenti
Fin doni Dio, che ſcorge il mio ſecreto.

SONETTO V.

PAdre, e Paſtor human, pio, giuſto, e ſaggio
Ch' hai tre luſtri, e tre anni e un meſe appunto
Paſciuto la ſua greggia, e ſei là giunto,
Dov' altri giunga più, ſpeme non haggio;
D' ogni eccelſa virtù moſtraſti un raggio
Anzi un ſol, nè giammai foſti diſgiunto
Da Dio, che per mercede hor t' hà 'n un punto
Fatto finir con gloria il tuo viaggio.
Siccome in vita tu m' amaſti tanto,
Così prego nel Ciel l' eterno Padre
Ch' un Paſtor ne conceda a te ſimile
Tai parole dicea con duolo e pianto
Bitonto, e l' opre ſue ſante e leggiadre
Narrar facea con dotto e grave ſtile.

Digitized by Google

SONETTO VI.

TRà mille Angeli eletti, e fra mille Alme,
Ch' al ſuo ſalire al Ciel le furo intorno,
E s' allegrar, che a quell' alto ſoggiorno
Foſſe guidata con corone, e palme;
Una fù delle più lucenti & Alme,
Che con ſanguigno, e bianco habito attorno
L' abbracciò, ſalutò, benedì il giorno,
Ch' ella di queſte uſcì terrene Salme
Queſta fù già peregrinando in terra,
Che reſſe le ſacrate, e caſte membra
Del Cardinal invitto Forteguerra.
Tal hor con queſte in ſogno eſſer mi ſembra;
E tanta gioia nel cor mio ſi ſerra
Ch' allor del mal, ch' io hò, non mi rimembra.

SONETTO VII.

HOr ben può dir la Patria noſtra antica,
Non haver alcun huom, da cui più poſſa
Eſſer dalle miſerie ſue riſcoſſa,
Nè chi l'inviti, e le ragion ſue dica
Morte in Farneſe già le fù nemica,
Cui nacque il gran valor, l'eſtrema poſſa;
Poi nel nono Innocentio aſpra percoſſa
Sentì, nè mai le fù la ſorte amica.
Finalmente hà perduto il ſaggio e pio
Suo cittadin, la cui virtù gran luce
Le dava, & ei d' alzarla havea deſio:
Diſſe de' Toſchi il grande invitto Duce:
Simil al Forteguerra vaſſal mio
Che è gito al Cielo, il Ciel pochi produce.

Digitized by Google

SONETTO VIII.

CHe giova Frate, il tuo perpetuo pianto,
Sapevi pur, ch' io nato era mortale;
Morir volle il Signor noſtro immortale
Cagion, che tra Beati io godo e canto.
Se i ben, che perdut' hai t' affligon tanto,
Non ſai, che Dio che tutto puote, e vale,
Può ritornarti in maggior ſomma, o equale;
Fa quanto e' vuole, e datti pace intanto
Così ſuol egli in ſonno conſolarme,
E quando a' lei riſponder m' apparecchio,
E baciarli le man, l' ombra ſua fugge.
O de' Veſcovi illuſtri eſemplo vecchio,
Di vederti nel Ciel mio cor ſi ſtrugge,
Dico, e d' eſſer con lui pur vero parme.

SONETTO IX.

MOrt' è quel buon Pontefice, il qual era
A tutti gli altri di pietade eſempio;
Nel convertir a Dio l' iniquo, e l' empio
Mirabil arte usò, gentil maniera
Fù d' ogni carità la forma vera,
E di fede, e di ſpeme un ſacro tempio;
Ah morte rea perch' hai tu fatto ſcempio
D' un tal huom? troppo ſe' cruda e ſevera
Di Neſtore paſſar ben dovea gli anni;
O quanto è ver ch' uccidi i buoni, e ſerbi
Quei, che di vitij ſon pieni e d' inganni
Son, riſpond' ella, i penſier tuoi ſuperbi;
Dio tolto l' hà, non io da queſti affanni;
Ma così forſi il duol tuo diſacerbi.

Digitized by Google

SONETTO X.

QUel poco, che di vita, oimè, m' avanza,
Pien di lagrime fia, pien di ſoſpiri;
Non avrò mai nel core altri deſiri,
Che di ſalir alla tua eterna ſtanza.
Privo m' ha morte d' ogni mia ſperanza;
Convien ch' ad humil coſe e baſſe aſpiri;
Sol mi conſolerò tra' miei martiri
Nel mirar la dipinta tua ſembianza.
Che pur io fui cagion, ſe n' hai memoria,
Che la tua effige rimaneſſe, dove
Naſceſti, ſe ben l' hò nel cor impreſſa.
Homai è teco ſpenta ogni mia gloria;
Prega tu il Re, ch' il Ciel governa e muove,
Che dia pace al mio fin, che ognor s' appreſſa.

SONETTO XI.

QUal virtù puote aver più chiara e bella
Un buon Paſtor, ch' eſſer corteſe e pio
A poveri, e ridurre al ſommo Dio
Ogni errante e ſmarrita pecorella?
In queſta come il Sol vince ogni ſtella
Di luce, così vinſe il Frate mio
Ogn' altro; hebbe in grand' odio il vizio rio,
E fe' la carne al ſuo bel ſpirto ancella
Alcun forſe dirà: l' amor t' inganna
Ma Dio ſà, ch' io non mento, e l' ha veduto
Per dieciotto anni un popolo infinito.
Se d' haverlo nel mondo hora perduto
Mio cor s' affligge, e morte accuſa e danna
Scuſimi ogni huom' ch' a pianger meco invito.

Digitized by Google

SONETTO XII.

DA me lontan ſtia il ſuono, il riſo, e 'l canto,
Fugghin da me i piacer, i giuochi, i balli;
Non mi dilettin più l'arme o cavalli,
Nè i belli ſtudi, che mi piacquer tanto
Stia con me la meſtitia, il duolo, il pianto
Nelle Città, ne' monti, e nelle valli;
Parliſi della morte, e de' ſuoi falli,
Veſtin huomini e donne oſcuro manto
Perchè poichè la ſorte iniqua e rea
M' hà privo di colui, ch' era cagione,
Di quanto ben nel cieco mondo havea,
Tanto può nel mio cor la paſſione
Ch' ogni objetto lugubre hò nell' idea
E il ſenſo hor troppo vince la ragione.

FINE.

XV.

Ad generoſum juvenem Julianum Medicem Benedicti Coluccij Piſtorienſis Lazareus.

Ex Cod. Membran. Biblioth. Mediceo-Laurentianæ Plut. XVI. n. 40.

PUblio Scipioni Pauli, qui Perſen vicit filio ſummæ laudi fuiſſe accepimus: quod civium ſuorum maximam ſpem minime fefellit: ſed eam inclita virtute continuo adoleſcens ſuperavit: ut in Lelio ſuo ſcripſit Cicero. Erat in Publio Scipione talis indoles, qualis in te, Juliane noſter, facillime apparet. Maxima præterea expectatio in eo erat, ut quemadmodum forma ſuis ſimilis videbatur: ſic etiam præclaris maioribus ſuis virtute & moribus reſponderet. Duos ſiquidem avos habuit clara illius ætatis ſidera Paulum Emilium: qui Canenſi prælio pro patria cecidit; Et Publium Africanum qui primus omnium Romanorum devictæ a ſe belliciſſimæ gentis cognomen ſibi vendicavit. Genitus quoque fuit a viro cum fortiſſimo tum innocentiſſimo atque iuſtiſſimo: qui capto Macedoniæ Rege potentiſſimo tantum eris in patriam detulit: ut poſt eius triumphum uſque ad Hircæ & Panſæ conſulatum nunquam Romæ onera publice fuerint impoſita. At vero in tanta opulentia multum gloriæ nihil vero pecuniæ domum private contulit. Siquidem eo mortuo vix uxori dos ex ſua hereditate eſt reſtituta. Adde a quo Viro educatus fuerit ab Africanj filio: qui doctrinæ præſtantiam paternis virtutibus adiunxit: quique cum bellum gerere mala valitudine oppreſſus nequiret, egregium adoleſcentem adoptavit ne feliciſſimæ ædes bellicos triumphos deſueſcerent. Senſit itaque P. Scipio maximum humeris ſuis onus fuiſſe impoſitum. Quamobrem ſummis viribus enixus talem ſe præſtitit, qualem eximius

Digitized by Google

orator ut ſæpe lectitamus ſuo digniſſimo præconio illuſtravit. Tu vero Juliane Medices eandem indolem ſummamque expectationem ſubſtines. Siquidem talem avum habuiſti, ut virtuti ſuæ perpauci reſpondere nulli illam ſuperare potuerint. Paterna vero gloria hereditario tibi munere proveniens adeo virtutem tuam augendam eſſe poſtulat, ut cura tua cum Scipionis diligentia merito ſit coequanda. Quid dicam de Patrui tui clariſſimi Viri pietate atque clementia? Quid de Laurentii fratris in tam tenera ætate conſtituti prudentia? Quid de dignitate patris tui patrui? Quoquo te verteris, Juliane noſter, tuorum maieſtatem ad gloriam iter tuum conſpicies pulcherrime exhortari. Sed fortunæ tuæ ampliſſima munera omnes mortales laudant atque admirantur. Virtutes quoque egregiæ domus tuæ quiſquis invidia non laborat, mente & ſermone complectitur. Sed uti de ceteris rebus divinis atque humanis, ſic de felicitate tua ſummam eſſe inter homines diſſeſſionem exiſtimo. Plerique enim opes regales, magnificentiſſimas ædes: ameniſſima prædia: alij honores: dignitates, regum ducum ac principum amicitiam, & caritatem ſummis efferunt laudibus.

Nonnulli avi ſapientiam admirantur, quidam parentis iuſtitiam atque gravitatem celebrandam eſſe iudicant. Alii vero magnificentiſſimis verbis patrui & fratris tui clementiam proſequuntur. Sed ego nihil magnificentius familiæ tuæ datum eſſe iudico: quam ut potuerit: nihil maiore laude dignus ab illa vendicatum, quam ut voluerit liberalium artium ſtudia contemplari. Nanque grandia illa atque exoptatiſſima, quæ commemoravi longe clariora in tuis doctrina duce proculdubio extiterunt. At ſi ea contigiſſent ſine litterarum ſplendore non ſic doctorum hominum præconiis celebrari merito potuiſſent.

Tu vero Juliane Medices, quem natura natu minorem effecit enitere quantum potes ut omnibus tuorum virtutibus: ſed precipue doctrinæ præſtantiæ reſpondeas, noſtramque expectationem felicem atque iocundam efficias. Magna huius ætatis ingenia: magno parenti tuo ac fratri maiori natu deſerviant. Ego vero ſcribendi militiam nuper agreſſus ac in iuvenili ætate adhuc conſtitutus, muſas noſtras noſtramque Thaliam tuo inſigni nomini dedicabo.

Quicquid igitur labores noſtri atque vigiliæ poterunt, id in celebranda virtute tua conſumendum eſſe iudicavi. Nec nos effugit Homeri ac Maronis ingenio heroum præclara facta memoratu atque auditu digniſſima laudis plurimum contuliſſe. Itaque quo virtus tua clarior fuerit, eo ingenium noſtrum maius atque ornatius celebrabitur. Sed ut deguſtationem aliquam noſtrorum ſtudiorum ſuſcipias, hiſtoriunculam de commemorabili pugna in agro noſtro geſta ad te ſcribendam eſſe cenſui. Nam cum Pius Romanorum pontifex Mantuam profectus Chriſtianorum principes ad impugnandam barbarorum immanitatem provocaret, ego illuc a clariſſimis viris accitus in ſummam ægrotationem deveni. Itaque in patriam ob aëris intemperiem redire coactus, univerſam fere æſtatem in mala valitudine curanda conſumpſi. Tum quia nihil agere, turpe eſſe hominibus ab eximio Oratore noſtro didiceram, urbis noſtræ initium, diſcordiarum ſemina, deinde commemorabilem ætatis noſtræ pugnam pro defenſione patrum ac ſuorum ultione habitam, ſcribere aggreſſus ſum. Rem ſane memoratu dignam. Cum præſertim diſcordiæ omnium fere calamitatum initia exiſtant. Sed quia intervenere tempora, quæ nos ad alia contulerunt iocundum inceptum conſumere nequivimus.

Nuper vero cum priſca ſtudia noſtra quodam modo reviſerem opuſculum hoc in manus noſtras deveniens, confeſtim mente & animo nomini tuo dedicatum eſt.

Accipies ergo Magnanime, Mecenas noſter, ingenii noſtri munuſcula: & quantum ipſe & ætate & virtute profeceris, tantum nos enitemur Muſas noſtras ornatiores efficere.

Urbem

Digitized by Google

Urbem Piſtorium condidere initio Coloni, qui in alpibus noſtris ligna varie fabricabant. Hi nanque loci amænitate capti: in planitie, quæ prope radices montium eſt, oppidum fecere: quod cum natura munitiſſimum eſſet, ferreum appellarunt. Sed ea haud facile convaleſcere potuit, nullo imprimis egregio duce ad gloriam tendente. Deinde adeo peſte ſæpiſſime laboravit, ut omnes fere cultores non modo urbem, ſed agrum deſerere cogerentur. Hinc Piſtorium nuncupatum fuiſſe exiſtimo, neque. n. temere aſſentiendum eſt iis qui litterarum ignavi a clade catilinaria id nomen aſſumpſiſſe volunt. Qui ſi Criſpum Saluſtium primarium hiſtoricum legiſſent: facile nobis cederent: nec audiendi ut garruli ac loquaces quidem ſunt: qui à Piſtoribus dictum fuiſſe iudicant. Nam quibus panes ante urbem conditam noſtri coquerint ignoro. & quam ridiculum eſt ab arte coquendi egregium oppidum cognomen ſibi viliſſimo artificio vendicaſſe. In annalibus noſtris aliorumque reperio ſæpiſſime, Urbem Piſtorium pluſquam fere credibile eſt peſtilentia laboraſſe. & uter talia fata ſaltem ætate noſtra finem officiendi nobis feciſſent: nulla civitas eſt in Etruria, quæ tam crebris peſtibus eruatur.

Sed (ut vera loquar) ut ſedet animo poſt commemorabile prælium: quod. L. Catilina cum. M. Antonio conſule in agro noſtro infeliciter geſſit ſummum ſuſcepit ex tali clade civitas noſtra augumentum. Nam multi qui a funeſto excidio acriter tamen vulnerati ex catilinæ exercitu evaſerant a noſtris honorifice ſuſcepti & locum fertilem ac natura meniiſque munitum intuentes exoravere, ut in civium numero haberentur. Id libentius conceſſum eſt quod omni ex parte potentiores erant. Crediturque, non nullos qui ex conſulari exercitu in extremis laboraverant: ac à Piſtorienſibus humanis opibus adiuti cives natura liberales pioſque in externos eſſe cognoverant idem ab opidanis impetraſſe. Sic igitur civitas crevit: feceſſitque per multos annos peſtilentia qua antea omnia vaſtabantur.

Orti deinde tam ſtrenuis militibus qui ſuæ iuxtaque adverſariorum vitæ pepercerant minime degenerantes, & alios exhortantes undique miræ fortitudinis egregiam laudem fœliciter reportabant. Præterea loci oportunitas plurimum urbi profuit. Etenim a tribus lateribus alpes inſuperabiles ſilveſtriſque fructibus abundantes, à quarto vero planitiem fertiliſſimam inſtare cernimus.

Quæ res effecit, ut rarius bello premeremur, & aliquando tentati audacter obſtantes hoſtes in fugam verteremus: Accedebatque ſoli bonitas, quæ maxime urbes favere ſolet. Taceo multa, quæ maiores noſtri glorioſe geſſere, ne quis me captum mala ambitione exiſtimet. Sed in hoc gloriari tantum liceat decem fuiſſe nobiles in urbe noſtra familias, quæ à Romanorum Imperatoribus militia aliiſque privilegiis iuſignitæ per univerſam effluxerunt Italiam. Hæ namque fuere. Cancellerii. Lazarii. Gualfreduccij. Panciaticj. Torrigiani. Sinoboldj. Rubej. Taviani, Ricciardj atque Teriſii. Optimus parens ſex equites in Panciatica domo uno tempore vidit. Avus ſeptem in Cancelleria: & iam civitas proclivis eſſe ceperat. Ex quo facile colligi poteſt: haud temere divos Imperatores urbem unam tot militibus tantaque nobilitate decoraſſe. Sed cur imperio nunquam valuerit facile quiſque intelligit. Nam priſcorum ætate dum orbis terrarum Romani imperium retinebant, non modo noſtra ſed univerſæ Etruriæ atque Italiæ civitates caput minime extollere poterant.

Quiſque vir egregius veluti addelitios campos Romam petere properabat, ubi munera dignitateſque virtutem colentibus præbebantur. Poſt vero miſerabile divæ urbis excidium, Piſæ antiquiſſima civitas Florentiaque materiam pridem [fortuna Superiores noſtram fere inter ſe poſitam quodam modo oppreſſere. Sed alia deterior cauſa fuit quam ſine lacrimis haud unquam meminiſſe potero. A primordiis fere urbis cives cum civibus manu ferroque certare ceperunt. Illæque familiæ, quas ſupra memini inter ſe

diſſen-

Digitized by Google

diſſentientes ſæpe funeſtam urbem reddidere. Itaque anceps ſum gloriæ ne plus an miſeriæ calamitatiſque nobis attulerint.

Nam tot cladibus incendiiſque nos confectos effecere, ut nulla externa exempla cum de diſcordia loquimur petenda videantur ſatis ſuperque ſint quæ Piſtorienſibus miſerrime acciderunt. Sed duas inter ceteras longe infeliciores factiones in urbe noſtra fuiſſe reperio. Prima alborum nigrorumque eſt appellata. Altera Cancelleriorum atque Panciaticorum. Superiorem vetuſtas cruoriſque, ut reor, ſacietas ac faſtidium recentiorem ætate noſtra Petrus Medices clariſſimus Pater tuus pietate ſua oppreſſit. Prima ſic orta eſt. Anno trecenteſimo ſupra milleſimum. Carlinus adoleſcens unus ex nobilibus Cancelleriis iuvenum æqualium convivio, primus verbis, deinde manu Dorum Guglielmi equitis filium agnatum ſuum aggreditur. caluerant. n. forte, ut fit, cibis vinoque iuvenes. Dorus laceſſitus a propinquo ac viribus impar minabundus recedit. Dumque domum petit Vannem Carlini fratrem iuris peritum rei ignarum obviam ſibi venientem vidit. Ille eum veluti agnatum ſalutat. At Dorus fas omne oblitus gladio faciem Vannis deformem reddit. proclamantem vicini adiuvant Dorumque verbis caſtigantes ad paterna palatia ſaucium ducunt. Huic erat pater Gualfredus eques quoque ſtrenuus ac præpotens: quis ſceleris auctor extiterit interrogat: improbitas agnati panditur: ac ira rei novitate creſcit. Interea qui in adoleſcentem manus iniecerat a parente miſſus ut pareant ſupplex exorat. Quem ubi Gualfredus atrox aſpexit, dexteram poſtulans vique deinde tenens ferro eam abſcidit iubetque gremio ad parentem reportare. Tanto ſcelere Guglielmus Dori pater ceterique fratres indignati Deos manumque turpiter abſciſam obteſtantur poſt eum diem nigrum ab albis diviſum fore. Ea ætate Cancellaria domus adeo potens erat ac opibus viriſque florens ut omnes fere cives populareſque aut Guglielmo, qui ſe nigrum appellari iuſſerat: aut Gualfredo albo adhærerent. Ipſi vero ira furoreque perciti propinquiores genere ac gratia exhortabantur, ut prælium pararent.

Id iam eminens Seniores qui rei. p. præerant removere cupientes Guglielmum Gualfredumque ac factionum primiores per annum Florentiæ relegant. Hi ubi iſthuc acceſſere facem execrabilem ſecum portantes, urbem quoque veſtram diviſere. Nam multi nobiles aut ſanguine aut benivolentia his coniuncti ſuis favebant. Deinde poſt paucos menſes albi collecta multitudine in urbem vi rediere: eoſque qui nigris hæſerant trucidarunt: tandem vero non modo urbs veſtra noſtraque, ſed Etruria Italiaque diviſa eſt. iamque ghibillinis guelfiſque omiſſis, albi nigrique appellabantur. Hæc eſt illa memorabilis diſcordia de qua omnes geſtarum rerum Scriptores in ſuis libris annotarunt; nam revera innumeras clades peperit, ſed quo nobis propior erat, eo magis nocuit. totque viri periere, ut ſentiam ſatietatem ſanguinis huic factioni finem impoſuiſſe. Reſtat ut paucis alterius initia referam.

Cancellerii iam priſcum agnomen receperant. Sed utrum ex albis nigriſve fuerint, qui à cedibus evaſere, parum compertum habeo. opibus preterea viriſque iterum florere ceperant. Sed ætate parentum aderant egregii viri, qui Panciatici appellantur. quos opes virtuteſque plurimum decorabant. Hi mala ambitione corrupti ſæpe una pugnavere. Sed pauci populares illis favebant; erat enim hic præliandi mos ut à patribus accepi; nobiles cum nobilibus prælia gerebant & hi quidem haud rei. p. præerant. Sed populares eam piiſſime gubernabant: Sed paulatim nobiles muneribus homines populares ſibi amicos fidoſque fecere. Itaque plerumque bellis adeſſe ceperant: ſed tandem anno primo ſupra cccc.^{m} ac M. ita omnes corrupti erant: ut aut Cancelleriis aut Panciaticis quiſque proximus eſſet. Princeps Panciaticorum Johannes eques erat Vir egregius civibuſque Florentinis amicitia clienteliſque coniunctiſſimus. Cancellerio-

rum

Digitized by Google

rum vero Riccardus etiam eques Vir fortiſſimus bellique ac militiæ peritiſſimus . hic propter inſignem virtutem multis regibus principibuſque carus extiterat . Sed orta inter eum & Johannem iam pridem diſcordia fuerat, quam ex ambitione qua ſemper utraque domus caluit, ortam fuiſſe cenſeo. Sed preliandi cupiditatem magna peſtis, quæ paulo ante urbem oppreſſerat abſtulit; verum ubi ea ceſſit Ricciardus omnes Panciaticos ad eccleſiam dominico die venientes occidere præceperat: cedeque facta factionis illius homines aut interficere aut in exilium relegare conſtituit . Sed id vel affinium pietate vel alicuius proditione haudquaquam confectum eſt . Sed ubi divulgari cepit non minus Riccardo timendum videbatur. Itaque illi paulo poſt Florentiam contendenti à fidiſſimis civibus : & qui in re. p. veſtra plurimum valebant nuntiatum eſt, iſthic cedem ſibi parari. Riccardus vero perterritus noctu Aglianam ad ſuæ factionis homines confugit: ubi varie conſultum eſt , fuere namque qui ſuaſere eadem nocte Riccardum cum cccc. hominibus quos brevi tempore collegiſſet Urbem ingredi ac ſuis deinde coniunctis omnes alterius factionis evertere . Sed potiſſimum conſtitutum eſt , ut Zambucha oppidum natura munitiſſimum caperetur . Id ſitum eſt in appennino monte : & tum erat viris ac ſatis opibus præpotens : præterea Cancelleriæ factioni fidiſſimum . Eo itaque recepto Riccardus domos villaſque adverſariorum quæ proximæ erant incendit: id cum divulgaretur Cancelleriis quiſque favens ex urbe agroque ad ducem pergit. Panciatici vero quoſdam urbe abire molientes interficiunt: agnatos ducis captivos iſthuc metu mittunt. Interea Riccardus magna manu armatorum huc atque illuc diſcurrens tandem ad expugnationem uſque urbis pervenit. Sæpe itaque præliatum a civibus noſtris fuiſſe comperio: ac tot cedes incendiaque extitiſſe: quod ut menia habeamus mirabile quiddam eſſe videatur: Sed poſtquam Panciatici viribus impares bellum protrahi ſuo diſcrimine vident, poteſtatem omnem urbis noſtræ ſi qua reſtabat, Senatui veſtro tradidere. A vobis vero bellum ſuſceptum eſt ac tandem poſt xxx.ª menſes fædus cum Riccardo Cancellerio initum. de cuius conditionibus aliiſque cum de hoc funeſto bello carptim ſcribere agrediar aperire comodius potero . Poſt huius belli finem ſervitus noſtra priſca libertate longe melior atque tutior fuit ; nam pietate veſtra poſt hoc fædus cuncta fere incendia cedeſque ceſſere . Sed tantum mala factionum memoria valuit : ut nunquam utriuſque nomen ſummo cum favore extinctum fuerit: plerunque etiam ad cedes prolapſum eſt . Sed ætate noſtra funeſto neſcio quo fato obliti veterum calamitatum cives noſtri tantis odiis certarunt , ut ni Senatus veſter nobis remedia præſtitiſſet: nullam proculdubio urbem haberemus. Nam utraque factio tantum ſibi potentiæ in urbe vendicarat : ut præter ea quæ a vobis gubernantur omnia eorum nutu fierent . ipſi tamen inter ſe odiis agitabantur . Cives quoque atque coloni adeo illis favebant : ut omnia humana divinaqua obliti , tanquam ad interitum ruerent voluntarium nullum fere diem degebamus, quin pro factione aliqua cedes fieret : nullaque pæna minæve prætorum formidoloſæ fuerant. Sed ex innumeris cladibus quas paſſi ſumus eam tibi de qua pollicitus fueram maxime commemorabilem notam eſſe volui . quod ſi longius quam credideram ſcribendo prolapſus ſum venia facile danda eſt . Cum nullus hac ſerie tanta mala initia ſcripſerit , & erat neceſſe me maximam pugnam ac memoria digniſſimam : præterea malorum tantorum exitum ſcribentem ea quæ dixi dilucide aperire. Nunc vero quæ propoſueram, ut vera fuerint, proſequar.

Familia quædam in agro noſtro exiſtit , illi agnomen Pallandræ eſt fidiſſima admodum Cancelleriis . è contraque Panciaticis infeſta. præterea fortunæ muneribus pollens adeo ut nulli in illis cederet . ad eam extinguendam Pucetus Mazzettuſque agri quoque coloni & alterius factionis amiciſſimi inter ſe coniurant. Paulo poſt in eam coniurationem adduxere Baccium Baronium cui ab aliis Cancelleriis fratres nepoteſque

ferro

Digitized by Google

ferro erepti fuerant. præterea Ruffum illum fortiſſimum Panciaticorum principem qui quoad vixit agrum urbemque metu miſerrime fatigavit. Fundamentum huius miſerandæ cedis feminam fuiſſe reperio cui re indignum nomen Pacinæ fuit. hæc in muliebri corpore Catilinarium animum gerens quod ſibi Lazarus vicinitatem metuens unicum filium armis abſtulerat.

Puccettum imprimis cum Mazzetto fratre ſuo coniunxit. Cum alteri ſepe affinis: alteri nepotis turpem cedem obiceret. nam iam pridem quidam ex Palandris Puccetti neceſſarium occiderat: commovit inſuper Ruffum: cui ſemper filius gratus fiduſque fuerat. allicitum etiam ferunt Baccium Baronium quod hæc fratrem alioſque iuramento abſtrictos reddidit, ſe eadem die ſuorum cladem ſi ſecum veniant eſſe ulturos. Utinam ne alios quidem commoverit ſeque cives noſtri à tanto ſcelere abſtinuerint.

Illi itaque quos ſupra memoravi veluti cladis ductores cum ſexaginta hominibus omni telorum genere armatis ad arva Palandræ contendunt. ibi nanque Palandra Antoniuſque eius frater cum filiis & nepotibus agros infeliciter excolebant. qui & ſi nunquam talia verebantur, eos tamen metuentes in quos iniurias contulerant arma prope ſe habentes ſpectatores oportunis in locis collocarant. At Ruffus acies inſtituerat non ſecus ac magnum prælium iniret. Primam ducebat Puccettus homo viribus ac animo prævalens. Alteram Baccius Baronius manu iaculando pedeque currendo pluſquam cuique credibile eſt promptiſſimus. Tertiam ipſe Ruffus ætate ſenior: ſed haud viribus impar.

Verum Ruffus monet, ut duæ acies in inſidiis collocentur ne illi multitudine perterriti fugam arriperent. Puccettus itaque ira furoreque ardens & iniuriis propior, eam ſibi dandam aciem poſtulat: quæ primum cum hoſtibus congredi debet. ſit voti compos. conclamant undique qui eum ſequuntur, Qui vero in ſpeculis erant hoſtes adventare una cum vocibus illorum denuntiant. Arma illi exemplo capiunt conſpiciuntque quot ſint qui eos prælio tentare audeant. Ubi compertum eſt, numerum aliquantulum imparem hoſtium eſſe, prout tamen conſpici poterat non plures eſſe quam robur unius familiæ una collectum ſubſtinere poſſet: primum armati ſiſtunt: illoſque alacri vultu, quin etiam minitantes cunctantur. Paulo poſt veluti hoſtes temnant obviam eunt. rei novitas inopinataque audacia Puccettum ſuoſque terret. qui in inſidiis erant ab illis aperte vocantur; confeſtimque in hoſtes ruunt.

Palandra ſenior filios nepoteſque hortatur ut curſu ſaluti conſulant: quandoquidem ad cedem miſerabilem venerint. qui nulla iniuria laceſſiti fuerant: Sed eos vel pudor quo maxime genus noſtrum moveri ſolet, vel forte vis hoſtium tandem retinuit. Inter hos erat Lazarus Palandræ filius forma ac robore præſtans nec minus animo quam corpore valens. hic primum ſuos hortatur ut quoad poſſint ſeniores ſuis lateribus armiſque tuentur neve quis loco ſuo cedat: ſed veluti globo facto magis defendendo quam laceſſendo furori hoſtium inſiſtant. Verum advenientium multitudo primo congreſſu pauliſper eos ſumma vi diſpulit: ac primum Palandra Antoniuſque frater pugnantes cadunt.

Sed ubi Lazarus patrem patruumque obtroncatos videt: irruamus inquit fratres, ut quibus eripuerint parentes intelligant. Sui omnes illum furentem haud impari animo ſequuntur: magiſque metuendi quam metuentes in hoſtes ſe conferunt.

Primus ibi omnium Puccettus victoria exultans ſe illis offert: quem ubi Lazarus aſpexit. extinctor domus noſtræ, inquit, iſthic iacebis obtruncatus, patrique referes me cedem illius ultum paulo poſt ad eum eſſe venturum. dexteraque illum inſeſto telo minitantem petit. At vim tantam fecerat ingens dolor ut primo ictu ac unico vulnere fortiſſimum hominem obtruncatum humum demiſerit. Puccettum ſui interemptum intuentes omnes in Lazarum proclamant incurruntque.

Fit

Digitized by Google

Fit tantus impetus ut turrim everſuros crediderim. Lazarum fratres ſuis lateribus muniunt, verſiſque inter ſe tergis omnes vultus hoſtibus offerunt. Ille impavidus ſe clipeo teloque tuetur. Accurrunt quatuor mulieres virilibus aſſumptis armis, & ea profecto auſæ, quæ virum quemvis ſtrenuum in tam inæquali pugna facile terruiſſent. Undique corpora vulnerantur: ſed qui plures numero ſunt plura recipiunt. Jamque tanta vis in palandris eſſe videbatur, ut nemo eos petens ſine gravi vulnere diſcederet. Miraculum rei hoſtes perterruit, cunctique fere pedem referunt. Hoſtium pavor audaciam illis auget. Ruffus clamore inſtat monetque ut viginti cum illos congrediantur, ſeque ductorem facit: ceteri acquieſcant: viciſſimque deinde illis ſubeant, ut intervallo hoſtes diu pugnantes feſſi reddantur. Lazarus arte doliſque ſe capi ſenſit, igitur in paucos inquit audacter incurramus: tantoque impetu illos aggrediuntur ut multos orcho immiſſent ni ocius cæteri accurriſſent. Bacius Baronius hanc pugnam à Lazaro ſubſtineri animadvertens coniuncto ſibi nepote ac Bracciotto homine forti atque audaciſſimo longis haſtis in eum incurrit. Ille ubi tres in unum veniſſe videt, clipeo ſe confeſtim tuetur, moxque cervis velocior à dextera cedens nepotem Bacci inſultantem ætate, ut propinquiorem gravi ictu aggreditur: vixque ille interemtus cecidit. Sed dum ſtrenue pugnatur Paparus Lazari frater ac eorum propinquus Blaxius innumeris vulneribus confoſſi cadunt. Ea cedes furentem Lazarum magis magiſque incendit, ac ſibi occurrit. Si Baccium & Ruffum invicta dextera ex pugna tollat, ceteros facile in fugam vertere. primum itaque Baccium tanto impetu petit ut ſuorum multitudo cum brachium caputque acriter vulneratum è manibus vix potuerit eripere: nec eo die ipſe ad pugnam rediit. Revocato animo ex Palandris qui ſupererant multos ex hoſtibus adverſis vulneribus afficiunt. Silveſter Bracciottum ſanguinis adhuc ſitientem duobus ictibus fere vita orbatum humum dimiſit. Hunc in miſerabili cede plurimum pugnaſſe, poſtea Ruffus me audiente dicebat. Sed interea Lazarus magno clamore Ruffum ultimum ex triumviris infeſtis provocat. Eius unicus filius adoleſcens Lancillottus (nam quinque alii iam ſibi ferro erepti fuerant) cum tam audacter patrem peti intelligit volatile ferrum arcu quo plurimum valet in Lazarum emittit, id neſcio quo fato inviti hominis apertum os confeſtim ingreditur. ille cunctis admirantibus e gula an venefica eſſet ſagitta interrogans, ad eum proiecit. Præterea uni ex hoſtibus temere concurrenti clipeum eripit ac in tanto caſu ne timere intelligant, iocatur, mutuo, inquit, non eripio: ſuumque penitus fractum in hoſtes emiſit. Matteus interea Papari filius ſextum & vigeſimum annum agens: a multitudine hoſtium obtruncatur. Ceterum omnes Lazarum trucidemus proclamant: nihilque aliud in agro auditur. Sed nulli metus invitum animum cepere. Sed quo magis in ſe hoſtes ſævire videt, eo magis & ipſe furens illos ſummis viribus aggreditur nunquam tam ſtrenue pugnaſſe crediderim ni primum infeſtiſſimi ſibi homines idem ſemper profiteantur. Præterea è tanta multitudine elapſum quis non merito miretur, & facile maiora animo complectatur quam verbis exprimi poſſunt. Adde ab illo fortiſſimum hominem interemptum: quamplurimos graviſſimis vulneribus affectos, quos ipſe poſtea vidi: & hæc omnia propria eorum confeſſione percepi.

LXIX. (66) Disciolta pertanto quella grand' Anima da' lacci terreni, con suo inesplicabil giubbilo, com' ognun facilmente potrà persuadersi, ma con universale cordoglio di tutti gli ordini di persone; trasportato fu poi il Cadavero dal religioso appartamento del Romano Collegio nel vicino Palazzo, dal defonto Cardinale, siccome è stato narrato, non per suo comodo, ma per quello della sua Corte, preso a pigione; e quivi de' sacri abiti cardinalizj vestito, e nella Sala dell' udienza, giusta il consueto, esposto. Sicchè i primi onori, dopo la sua morte, fatti furono al Tolomei da una gran folla di ogni classe di genti, le quali continuamente colà concorsero, finchè aperto e libero rimase l' ingresso, non meno a veracemente compiangerlo, che a commemorare, e commendare le sue molte, ed insigni Virtudi. Nè si trattennero in soli sospiri, ed encomj. Parecchie persone, ed eziandio molto qualificate, con tai premurose istanze, che passarono ad esser molestie, dimandarono alcun ritaglio ed avanzo de' panni, e vestiti da lui già adoperati, che bisognò contentarli. Anzi una buona donna Inglese trovò astutamente la maniera di farsi padrona del Berretin rosso, ond' era coperto il capo dell' illustre Defonto, senzachè alcun degli astanti custodi dovesse farne scalpore. Vi capitò ella già provveduta d' un bel Berrettino, e fiammante da Cardinale; ed appressata che si fu al funebre letto, così bellamente, e con tal divozione stese la mano per far il cambio di quel suo e seco recato con l' altro, che nessuno osò d' impedirla. Datosi in tal maniera qualche sfogo al dolore dal popolo colà concorso, ed avutane qualche sorta d' alleviamento da quegli avanzi prenominati di cose usate, la sera del dì diciannovesimo di Gennajo, dal suddetto Palazzo, trasportato fu quel Cadavero per mezzo d' un' abbrunata Carrozza alla prossima Chiesa del Collegio Romano, detta di Sant' Ignazio, e ricevutovi alla porta maggiore da tutti i PP. della Compagnia quivi dimoranti, in buon' ordine, e con accese falcole, per tal funzione schierati, e soprammodo dolenti per la gran perdita.

LXX. Indi nella mattina del seguente giorno, ventesimo di Gennajo, e dopo ventinov' ore, dacchè era morto il Cardinale, si venne dal Cerusico, da cui servivasi quel Collegio, all' apertura del Cadavero, tutte le interne sue più nobili parti accuratamente esaminandone. Attestò questi pertanto nella relazion che distese della fatta osservazione, essersi mantenute illese da ogni macola evidentemente morbosa le viscere tutte, salvo la Vescica, i Pulmoni tutti, ed i Reni. La prima, comecchè nessuna esulcerazione mostrasse, sfornita nondimeno era di quell' untuoso intonico, di cui spalmata esser suole da certa sua natural mucilagine: ed, oltreciò, acquistato aveva una tal durezza callosa, che possente era ad impedire a quel complesso di trasverse muscolose fibre, cui gli Anatomici *Sfintere* (67), cioè astringente soglion chiamare, la necessaria dilatazione. I Polmoni poi incangreniti e nericanti dieder fuori, spremendogli, della putrida linfa; e tanto il destro che 'l sinistro Rene, smarrita la natural consistenza, e gialleggianti apparendo, marcios erano, e guasti.

(66) Quæ sequuntur, nunc primum edimus ex autoris autographo. Desunt tamen, quæ de additionibus ad Bellarminii controversias, de qua aliis ineditis Card. Ptolomæi opusculis tractanda promittebantur in Diario litteratorum Italiæ T. XXXVIII. p. I. pag. 98. Nam de hisce omnibus commentariolum a se elucubratum, atque ad P. Petrum Catherinum Lexium Somaschæ Congregationis, ut in alio Diarii illius volumine ederetur, missum magna ex parte periisse dolet elogii auctor doctissimus P. Petrus Maria Salomonius.

(67) In Greco Σφιγκτὴρ *Sphincter*.

Digitized by Google

LXXI. Terminata l'anatomica iſpezione, ed imbalſamato quel Corpo, eſpoſto fu, dappoichè l'ebbero riveſtito, in quel medeſimo giorno, che cadde in Domenica, dopo deſinare nella prenominata maeſtoſa Chieſa di Sant' Ignazio; dove ſino all'imbrunire intervennero a cantarvi di man' in mano l'Ufizio de' defonti, varj ordini di Regolari, ſiccome dopo la morte de' Cardinali ſi coſtuma di fare. Ma in occaſione di tal ſolenne Funerale puote affermarſi, che a quella pompa, la qual ſempremai ricuſò intorno a ſeſteſſo, mentr'era in vita, l'umiliſſimo Perſonaggio, luogo da altri, e meritamente ſi deſſe, ad effetto di rendere a lui già morto con tutta la poſſibil magnificenza gli ultimi onori. Ora quel grande auguſto Tempio, che ſpogliato, e nudo, tutto in ſe racchiude il più maeſtevole e vago dell' Architettura, parato a lutto, e velato, ſenza punto alterarne l'ammirabil diſegno, da' bruni addobbi, ma di ſpeſſi galloni d'oro ſcompartiti, e nobilmente fregiati, con bella varietà e ſimmetria di feſtoni, di gocciole, e di ſvolazzi; in quello, che gli occhi rapiva de' riguardanti, eccitava tutti a dolore, ed a mandar de' caldi ſoſpiri; mirabilmente ſervendo quella medeſima così ſeria e grave ſplendidezza, quà, e là maeſtrevolmente diffuſa, a far che e 'l bruno e il lutto n'aveſſe maggior riſalto, e così dalla funeral pompa foſſe la viſta riempita con tutto quel, ch'ella aveva di funeſto e di tetro: e ciò che ad alcuno ſembrar poteva eccеſſivo ſfoggio d'affetto, opportuniſſimo era a viepiù riſvegliar nella memoria di tutto il popolo colà concorſo, e ſpecialmente de' religioſi ſuoi Confratelli ivi aſſiſtenti, i molti ſublimi, e ſplendidiſſimi pregj del Porporato defonto, a cui meſti ed afflitti giacente, mirandolo in ſul funebre letto, e da lungo, ordine d'acceſi doppieri intorniato, non potean fare a meno, oltre le fervoroſe preci, in ſuffragio dell' Anima ſua (ſeppur n'aveva biſogno) a Dio indirizzate, di non tributare, in ſegno d'un grave rammarico, copioſe lagrime.

LXXII. Così terminato il primo giorno del Funerale con l'ufiziarvi che fecero i Religioſi di molte Regole, la mattina del vegnente lunedì, e ventuneſimo di Gennajo portoſſi alla Chieſa di Sant' Ignazio il regnante Pontefice Benedetto XIII., ove, dopo d'aver prima detta all'Altar maggiore la Meſſa baſſa di requie, aſſiſtè in Trono alle ſolenni Eſequie, celebratevi dal ſacro e porporato Collegio, ſin al numero di trenta Cardinali, i quali, compita che ebbero quell'eſequial Funzione, non ſapean ſaziarſi di rammemorare e d'encomiare a gara le molte inſigni virtudi, le quali sì bello ſpicco e frutto, ad util di ſanta Chieſa, fatto avevano ſempre nell'eſtinto, e compianto loro Collega. Poſcia, circa l'ore ventidue dell'iſteſſo giorno, tutt' i PP. Geſuiti in Roma eſiſtenti, ad oggetto d'unitamente ſoddisfare all'obbligo loro, e di dar moſtra pubblicamente di cordoglio, e di affetto verace verſo il degniſſimo lor Confratello, adunati in corpo nel Tempio prenominato, preſente tuttora il Cadavero, col cantar l'Ufizio de' defonti, agli altri molti ſuffragi diedero compimento.

LXXIII. Gli ſi diè finalmente la ſera (ſino a qual tempo, ſenzachè giammai ſi diradaſſe, continuò la calca del popolo accorſo a sì nobile e decoroſa funeral pompa, e non ceſſando di ripeter ſovente; che la Morte rapito aveva un grand' Eroe al venerabil Collegio de' Cardinali) di quel medeſimo dì Sepoltura; e, poichè ordinato aveva il Porporato, che il corpo ſuo in quella doveſſe aver luogo, la quale a' PP. del Collegio Romano è comune, in una caſſa di piombo eſſendo quello ſtato chiuſo, inſieme con una memoria in pergamena, e di poi per entro una ſopracaſſa di legno; fu queſta appoggiata e murata accanto al pilaſtro, che è nella Sepoltura ſuddetta dalla ſiniſtra parte, con ſemplice e convenevole Iſcrizione nella fronte del Depoſito impreſſa.

Digitized by Google

LXXIV. Apertoſi, dopo tutto queſto, e pubblicamente lettoſi il Teſtamento del Cardinale, in cui (come ſe neſſun parente avuto aveſse nel Mondo, e ſpenta affatto foſse la ſua nobil proſapia) iſtituì erede il Romano Collegio, ſenza peraltro dimenticarſi di varie generoſe ricognizioni a tutti quegli della ſua Corte; dappoichè dati furono ſpeditamente gli opportuni ordini, per mandar a eſecuzione alcuni particolari legati e per lo Muſeo Chircheriano, e per lo mantenimento d' un compagno al Bibliotecario, e per alcune altre pie opere, ſecondo l' intenzione dell' Eminentiſſimo Teſtatore; toſto ſi pensò da' provvidi Superiori di quella Gregoriana Univerſità a ricambiar l' affetto d' un sì eroico Benefattore con quelle vive e pubbliche dimoſtrazioni d' onor inſieme, e d' alto cordoglio, le quali prontamente effettuar ſi ſogliono da una religioſa, e ſplendida gratitudine.

LXXV. Fu perciò dato l' avviſo al P. Contuccio Contucci, uno de' due Maeſtri di Rettorica nella prenominata Univerſità, acciocchè componeſse una Latina Orazion funerale, ad oggetto di moſtrare al Mondo un ritratto al naturale, e compito di tutte quelle inſigni ammirabili doti, le quali a tutto potere ingegnato s' era di naſcondere in vita il noſtro umiliſſimo Letterato. Quindi è che l' ultimo di Gennajo dell' anno ſteſso 1726., e trediceſimo dopo la morte del Tolomei, nella Sala maſſima del Collegio Romano, avanti a diciotto Eminentiſſimi Cardinali, a molti Prelati, ed a folto numero d' altri eruditiſſimi aſcoltatori, recitate fur dal mentovato Oratore le lodi del Porporato defunto, a dimoſtrare imprendendo, come perfettamente eſeguì: *Che quantunque foſs' egli ſtato ſempre da tutti conſiderato, come un inſigne eroico Soggetto, nel quale una univerſal' erudizione, ed un' eſemplar coſtume uniti inſieme ſi foſſero, a formar l' eccellenza di ſue Virtudi; avea egli non pertanto colla finezza della dottrina ſoſtenuto l'alto concetto da tutti quanti ideato della vaſtità del ſuo ſapere; e coll' integrità degli ſpecchiati ſuoi portamenti ſuperata la fama precorſane per ogni lato.* Ond' è che aſcoltato con approvazione ed applauſo concorde, queſto sì bene organizzato ed elegante componimento; ad appagar le brame di molti, ed a vie maggiormente perpetuar nella memoria de' poſteri le illuſtri religioſiſſime azioni d' un tal Cardinale, fu poco dopo, colle ſtampe pubblicato in Roma, e l' anno ſeguente 1727. in Colonia.

LXXVI. Divulgataſi frattanto, e ne' noſtri, e ne' lontani paeſi l' infauſta novella della morte del Tolomei, è incredibile il diſpiacere, che in ogni genere di perſone ſi riſvegliò, e maſſimamente in chi giuſto concetto aveva di lui: tantopiù che eſſendo alle lor patrie tornati que' moltiſſimi foreſtieri e pellegrini, i quali nell' antecedente anno Santo 1725. riempita avevano, benchè sì ampla, la Città di Roma, all'udire il funeſto avviſo, non riſtettero eglino a più e più volte confermar le ſtupende qualità e doti di sì degno Soggetto, che ſi andavano raccontando, come autorevoli teſtimonj di viſta, e di coſe freſcamente da loro ammirate.

LXXVII. Ma il Collegio Romano a neſſun l' ha ceduta in ciò che s' attiene ad eternare la ricordanza di chi arrecato gli aveva cotanto ſplendore, e cotanti miglioramenti. Non contento perciò d' aver mandata ſotto i torchj la panegirica funerale Orazione (68), volle in ſu' marmi eziandio incider gli encomj del ſuo inclito Allievo inſieme e Maeſtro, ed inſigne Benefattore. Laonde nella Chieſa di Sant' Ignazio, in ſu quella parte del pavimento, da cui ſi cuopre la comun ſepoltura di que' Religioſi, e dov' ei fu ſepolto, non s' indugiò ad incaſtrarvi un' onorevole lapida ſepolcrale, arricchita dell' Arme di caſa Tolomei, conſiſtente in tre mezze Lune in campo azzurro, due delle quali al di ſopra ſituate, alquanto le ſepara un' argentea faſcia

(68) Hanc orationem Elogio ſubijciemus.

dalla

Digitized by Google

dalla terza che ſta al di ſotto ; con diverſi rabeſchi, ed altri abbellimenti, ed il tutto con modeſta vaghezza lavorato a commeſſo piano di marmi di più colori. L'Epitafio ſcolpitovi, e regiſtrato eziandio, ma con certo lieve abbaglio nel fine tra le memorie eruditiſſime di Trevoux, mentre da' dottiſſimi loro Autori, della riferita funerale Orazione ſe ne fa con accuratezza l'eſtratto, ſi è il ſeguente, che quì ſi traſcrive a capello, come appunto ſta in ſu la Lapida.

IO. BAPT. TIT. S. STEPH. IN. M. CAELIO
PRESB. CARD. PTOLEMAEVM SOC. IESV
ERVDITIONE PIETATE PRVDENTIA EXIMIVM
COLL. ROM. HAERES
SVVM OLIM ALVMNVM
MOX DOCTOREM PRAESIDEM DECVS
ET QVOAD VIXIT CONVICTOREM
EODEM HIC CVM SOCIIS TVMVLO
VOLENTEM COMPOSVIT ANNO MDCCXXVI.
OBIIT XIX. IAN. AETAT. LXXII.

LXXVIII. Oltracciò, ad effetto che nella mente de' Soggetti tutti di quella fioritiſſima Univerſità, l'idea di lui ſempre viva ſi conſervaſſe, ed in tal guiſa a ſovente contemplarla allettati, iſpirar ſi ſentiſſero, dal riflettere allora alle tante ſingolariſſime abilitadi in ogni ſorta di nobile ed erudito impiego da lui moſtrate, un caldo affetto alla Pietà, ed alle bell' Arti, per imitarlo, ordinato fu che alcuni Ritratti, e in varie maniere ſe ne faceſſero, ed un Buſto in particolare, per mezzo della maſchera già formata di Geſſo, a perfezion modellato ; a cui è ſtato dato luogo nella teſtata del primo andito del Muſeo Chircheriano, quaſichè ad eſſo preſedere inavvenire doveſſe : e meritamente, concioſſiachè ſotto il reggimento del Tolomei, e col ſuo grand' ajuto, e favore, mentr'al governo preſedè del Romano Collegio, quel Muſeo riſorgeſſe, e ad aver gran nome cominciaſſe, come già nell' Articolo XXXI. di queſt' Elogio ſi dimoſtrò, e prima eziandio nell' Elogio fatto al P. Filippo Bonanni, e nel Tomo XXXVII. del Giornal de' Letterati d' Italia inſerito.

LXXVIIII. Speriamo poi di veder'a ſuo tempo viapiù meſſe in chiaro lume le ſegnalate geſte del Cardinal Tolomei dalla celebre adunanza degli Arcadi, infra'quali, col nome di *Filoteo Aridio* era ſtato acclamato ; poichè ſappiamo eſſere ſtato da eſſa ſaggiamente decretato di alzargli nel Paraſio Boſco l' onorevole Lapida con la dovuta Iſcrizione, come ad un de' più illuſtri lor Compaſtori, e di fare ſtender il ragguaglio della ſua vita, per inſerirla inſieme col ſuo Ritratto tra le altre ſcelte degli Arcadi inſigni. Ben è vero che per non eſſerſi dall' Arcadia potuto avere per tempo il ragguaglio ſuddetto, non lo potrem forſe vedere nel quarto Tomo *delle vite degli Arcadi illuſtri*, che attualmente in Roma ſta ſotto il torchio (69), ma in altro ſeguente, quando riſolveraſſi di metterlo alla pubblica luce.

LXXX. Finalmente nel rifletter, che ognun potrà fare, agli eſaltamenti di queſt' eruditiſſimo Uomo, ed alla gloria, che contra la voglia di lui, il miſe ſempremai in viſta del Mondo, da cui ammirati ne furono i molti e ſtimabiliſſimi pregj, tro-

(69) Intanto così ſi dice da chi ha ſteſo queſt' Elogio ; poichè fu fatto nell' anno 1726. in Roma.

verà

verà eſſerſi appieno ciò avverato, che col maraviglioſo ſuo eſtro poetico eſpoſe già, in un de' ſuoi eſtemporanei Canti, il celebratiſſimo Cavaliere Bernardino Perfetti, Seneſe, nello ſcorſo Anno Santo 1725., tra gli applauſi di tutta Roma, laureato ſul Campidoglio. Or queſti nella ſua prima dimora, ch' è fece in Roma nell'Anno 1712., improvviſando una volta nel Seminario Romano, e datogli, tra varj altri temi, da cantarvi ſopra, e diffondervi ſi co' ſuoi ſpiritoſi Toſcani verſi, il ſeguente: *La Gloria corre dietro a chi la fugge*, e preſente trovandoſi, in luogo è vero appartato ed aſcoſto, ma ove potea comodamente udirſi quant'aveſſe detto quel famoſo Poeta, il Cardinal Tolomei, tra gli eſempli dal Perfetti arrecati a comprovar l' argomento ſuddetto, uno ſi fu quel della Porpora Cardinalizia, di freſco al Tolomei conferita: facendo allora con tutta la ſua grand' energía e vivezza chiaramente conoſcere gl' incomparabili meriti di sì qualificato Soggetto, e da eſſi larga vena ſomminiſtrandogliſi a ſpiritoſamente verſeggiare, ed a far begli augurj di maggior gloria al magnanimo Sprezzatore di eſſa.

LXXXI. Vero ſi è che alcuni ſaggi uomini, e che nell' eccleſiaſtica erudizione l' intendono molto avanti, portan ferma opinione, che più aſſai e di qualunque poetica Cantilena in ſua lode, e di Ritritti, e di Vite, e di Lapide, ad eſaltarlo varrebbe, e a dar un bel ſaggio del ſuo acuto intelletto, e del vaſto ſapere, la pubblicazione della ſua Giunta, o ſia *Opera Addizionale*, benchè a perfezion non condotta, da lui con tanto ſtudio e ſudor lavorata, alle Controverſie dell' incomparabile Cardinal Bellarmino.

XVIIII.

CONTUCCII CONTUCCI SOC. JESU

Oratio habita in funere Eminentiſſimi, ac Reverendiſſimi Joannis Baptiſtæ Card. Ptolemæi Prid. kal. Februarii MDCCXXVI. *in aula maxima Collegii Romani, coram Eminentiſſimis S. R. E. Cardinalibus.*

SI quantùm ad nominis memoriam valet ſummorum hominum virtus, EE. PP., tantum poſſet ad vitæ perennitatem: ut Jo. Baptiſtæ Cardinalis Ptolemæi nomen nulla unquam delebit oblivio; ita eum viventem nulla mortis acerbitas abſtuliſſet. Sed quoniam ea vera laus eſt, quæ homini poſt mortem tribuitur; quòd in ultimo vitæ actu deprehendi, quanta ſit, virtus ſolet, communi eum oportuit naturæ fato concedere, ut quem præſentem videre deſiiſſemus, poſteritas intueretur. Atque ille quidem moriens cæpit anteactæ vitæ fructum, cùm ita ductum funus eſt, ut ejus cineribus non privatus, ſed publicus, non aliquorum hominum, ſed omnium ordinum dolor parentaret. Quis non ingemuit ſuperioribus diebus accepto tantæ cladis nuncio? Quis non ad eum complorandum venit, cujus ad ſalutem vitæ quoque partem ſuæ conferre, ac contribuere voluiſſet? Cùm omnes ita lamentarentur, quaſi in domeſtico luctu, ita per urbem mœſti incederent, ut ea omnium vox eſſet, ampliſſimum virum ſummâ religione, doctrinâ, æquitate, conſtantiâ ſublatum, atque extinctum eſſe! Miſerum me, qui refrigerato aliorum dolore refricare memoriam tantæ orbitatis cogor! Quid attinuit, inſtructis ad emortualem hunc apparatum parietibus, doloris quoque noſtri

Digitized by Google

noſtri vocem élicere ; quaſi parùm doluiſſemus , quòd ad hanc diem conticuimus ! Debebat quidem Societas , quam ille amantiſſimè ſemper complexus eſt , cujus & in ſinu diem ſuum obiit, præcipuas ejus funeri lacrymas : ſiquidem præcipuæ ullius eſſe potuerunt . Videri tamen poterat , & promeritis gratiam , quam poſſet , & benevolentiæ officium præſtare ; cùm nec dolori levamen , nec deſiderio modum parem ullum inveniret . Verùm cum perinde omnes doluerint , quaſi privatim ad ſingulos tota luctûs acerbitas pertineret, iiſque retractandis animus gaudeat , quæ olim inflicta dolorem attulerunt ; faciam , ut actæ ab eo vitæ repetita memoria ejus partis , in quam dominata mors eſt , interitum conſoletur . Quanquam non ille oris , ne a quoquam pingeretur , occultandi cupidior , quàm animi fuit ; itaque vixit , ut præclare ab eo tum cogitata , tum facta admirari quidem ſatis dignè vix quiſquam , laudare certè nemo poſſit . Verùm cùm ipſa ſibi indicio ſumma virtus ſit ; nec ita vir ampliſſimus latuerit , ut non & multa publicè , & plura privatim apud nos virtutis ſuæ monumenta reliquerit , aliquam me ejus animi imaginem adumbraturum eſſe confido , ſi palam fecero , eam fuiſſe illius vitæ rationem , ut licet & literis , & moribus ſummus apud omnes habitus ſemper ſit , doctrinæ tamen laude hominum de ſe judicia verè tueretur , vitæ vero probitate famam etiam ſuperaret .

Pervetus eſt , & in primis Etruriæ nobilis Ptolemæorum familia , quæ cùm illuſtribus ad laudem viris belli , domique floruit , tum eâ ſemper pietate fuit , ut duodeviginti ex eâ prodierint Cælitum honoribus conſecrati . Hujus ex familiæ genere eo , quod Piſtorii conſedit , natus Joannes Baptiſta eſt , qui quid egregia indoles ſpectaret , eaque poſſent virtutis ſemina , quæ a majoribus acceperat , jam inde a puero prodidit ; cùm repudiatis illius ætatulæ lenociniis in paternæ domûs bibliothecâ frequens aderat ; viribuſque præclaro oneri adhuc imparibus codices evolvere , perpolire , digerere otium ducebat ſuum ; quaſi jam tum animus ex illa annorum immaturitate , ut literarum cognitione frueretur , excedere properaret . Itaque pueritiâ Florentiæ poſitâ in Collegium Clementinum Romam veniens eos brevi progreſſus fecit , ut de philoſophicis theſibus , quas ſibi nuncupaverat , reſpondentem audiens Jacobus Cardinalis Roſpigliosius talem Joannem Baptiſtam futurum palam præſagiret , qualem exitus comprobavit . Etenim ut prima artium rudimenta , quæ ſummi olim artifices poſuerunt , admirationi eſſe ſolent ; quòd tanquam in ſemine continetur in eis , quæ ſe poſtea explicuit , maturitas operum , & amplitudo ; ita cùm primùm ab eo fieri literarum periculum cæptum eſt , ea omnibus , qui illum propiùs norant , injecta ſpes eſt , nec ſummum literis ingenium , nec ſummas honoribus literas defuturas . Verùm ille infra ſe ratus , quicquid polliceri ſibi ambitio poterat jam pridem animum induxerat , ut ne ſpem quidem ſibi honorum reliquam ullam faceret , & domeſticorum de ſe conſilia ne valerent , novo vitæ genere interciperet . Itaque Senis , quô ad juris cognitionem diverterat , Romam profugiens in Societatem admitti voluit .

Id illi tempus fuit , cùm oceanum imitatus omnium littorum tractus fluctibus alluentem , quicquid bonarum artium fuit , tam acriter pervaſit , ut mirum ſit res tam multiplices , tam varias unius hominis intelligentiâ contineri potuiſſe . Nam & græcis literis eſt , & latinis omnibus eruditus , quas cùm Raguſii , Romæque docuit , ea audientium animos opinio inceſſerat , ut in eo & oratorum copia , & poetarum ſales coaluiſſe viderentur ; & harum artium humanitatem ita graviorum ſeveritate temperavit , ut temporis ad diſcendum anguſtiis induſtriâ productis , annorum curſum ingenii motibus anteiret . Itaque vix emenſo Theologiæ curriculo ſacras literas interpretatus ad populum eſt ſummo cum plauſu , quas Hebraicè ſcriptas , Chaldaicè , Syriacè , ut ipſis

ex

Digitized by Google

ex fontibus plenius hauriret, quater non relegit ſolum, ſed ſecum eſt diligentiſſimè meditatus; mox propter egregiam prudentiæ famam in ipſo ætatis flore publica Societatis univerſæ negocia procurare juſſus juriſprudentiam adeo tenuit, ut qui eâ laude tum temporis florebant, ad eum conſulendum maximè convenirent. Id enim illi fuit in omni vitâ proprium, ut non ſummatim res delibaret, quarum tractatio demandata ipſi fuerat, ſed penitus inquireret, ne quid unquam aut ſciendi cupidiſſimum animum lateret, aut ſubitò obiectum agendi maturitatem retardaret. Hæc illum agentem implorare quodammodò philoſophia viſa eſt, quam in hoc Lycæo cùm traderet, tanti ad eum concurſus fieri ſunt ſoliti, ut quaſi è veteri illâ Græciâ aliquis extitiſſet, conferto gymnaſio qui ſuperfuerant, in ipsâ feneſtrarum intercapedine, quæ dicebantur, exciperent. Erat in eo incredibilis quædam ad res inveſtigandas ſagacitas, ad ſubtiliter de obſcuris differendum firmitas, mira verò ad excogitandum ferocitas; quam omnem ingenii vim cùm in antiquorum, recentiorumque placitis ad normam exigendis adhibuiſſet, multaque de ſuo contuliſſet; ea extitit philoſophiæ ſpecies, quæ non auditorum ſolùm qui tum fuerunt, oculos occupavit; ſed editis libris hærebit in poſterorum animis; nec ulla unquam de eâ temporum memoria conticeſcet. Ex his ille naturæ penetralibus, quòd ſolido eo fructu carent, qui ex theologicis diſciplinis percipitur, gradum fecit ad controverſas fidei quæſtiones, quas cùm primùm tradere inſtituit, ita complexus animo eſt, ut in eis enodandis reliquum ferme vitæ ſuæ tempus omne conſumpſerit. Nihil unquam arbitror poſtremis his temporibus ab hæterodoxis hominibus aut pravè excogitatum, aut contumaciter dictum, quod ille non & diligentiſſimè conquiſierit, & validiſſimè refutaverit: quod ut aſſequeretur, iterum ſacras omnes literas, ſanctorum Patrum monumenta, Conciliorum ſanctiones, Pontificum decreta non recoluit ſolùm, ſed contulit, comprehendit, digeſſit tanto labore, ut animo quidem viveret, corpore verò tanquam alieno uti videretur.

Quanquam non ille tum primùm laborioſiſſimam hanc vitæ rationem inſtituit; in qua & conſtanter perſtitit. Quandiu ipſi licuit, licuit autem ferè ſemper, non niſi perraro pedem domo extulit. Interdixerat enim ſibi earum rerum voluntates, quæ curioſiùs ſpectari Romæ ſolent. Solidos itaque dies in literis cùm collocaſſet, noctes addebat, quas, ut plus otii daretur, trigintaquinque annis incænatus traduxit. Ubi autem ſomnus oppreſſiſſet, aut ſedens, aut etiam de genu capite ad congeriem librorum reclinato, aut ſuper lectulum abiectus, ut erat, veſtitus ad pauciſſimas horas quieſcebat. Quid illi Tuſculanas apricationes, quid Tiburtinas obiiceres, quibus deditus ſtudiis animus non tam delectatur, quàm indiget? Ut Terentianus ille Laches alternâ locorum mutatione ruris urbiſque moleſtiam expuebat, ita laborioſiſſimus vir, ſi quando graviorum literarum ſatietas cæperat, ad amæniores animum traducens, quam agrorum aſpectus attuliſſet, ex ipſa literarum varietate ſuavitatem nanciſcebatur. Itaque ex hoc veluti ſtudiorum diverticulo tantam ſibi ex temporum memoriâ terrarum ſitu, populorum rationibus, doctrinæ copiam comparaverat, tàm tenaciter memoriâ retinebat; ut cùm opportunitas ſe dabat, aut privatim, aut publicè ea, quæ agebantur, exemplis illuſtrans, de futuris ex iis, quæ præceſſerant, prudentiſſimè conijciens in ſummâ rerum varietate, aut difficultate tanquam de rebus exploratiſſimis ſententiam diceret. Sentiunt, qui illum norant, quàm non hæc a me oratoriè dicantur. Cùm enim omnium difficillima doctrinæ ſimulatio ſit, nec inimicius famæ quicquam, quàm quibus illa parta eſt, cauſas ſæpius tractare; quis in hac tantâ literatorum hominum copiâ fuit, qui non præclariſſima de eo judicia fecerit; nec ita illum ſemper audierit, ut nova ſemper apud ſe exiſtimationis illius acceſſio fieret? Quæ de eo ſummo-

rum

Digitized by Google

rum Pontificum opinio fuit ? Quam latè Europa tota , quàm incredibilis fama peragravit .

Unus ille adduci tamen nunquam potuit, ut non dicam honorificè de se, sed commodè sentiret. Fuit in eo non modò supercilium nullum , sed miro quodam lepore condita comitas, & modestia, quæ gratior ad omnes in iis accidit , in quibus non inopis animi testimonium quoddam est, sed virtutum honestamentum maximarum. Et verò cui non mirum videatur, in tanta sciendi copia neminem ab eo unquam superbius appellatum, nihil arroganter dictum, cùm tam facile subrepat in animum opinio quædam de nobis tacita, & quod de Aspendio illo Citharistâ e marmore facto Græcia prodidit, quem intus sibi canere opinata est , secundos de nobis rumores etiam fingamus ; cùm mira circa nos sit famæ taciturnitas ? Intellectum est , quampridem illo non rectèfactorum præmium , se rectèfacta sequeretur ; cùm retardatâ librorum editione, quos de controversiis fidei viginti ferè annis conscripserat, quòd propter summam doctrinæ copiam aliqua , ut fit , obscuriora iis acciderant, qui opus cognoverant ; adeo eorum judicio stetit , licet iis quæ obiiciebantur , mederi facile potuisset , ut nec eo tempore, nec dignitate auctus verbum fecerit de illis unquam ; nisi cùm moriens comburi mandavit. Quod quale sit, facile conijcient , qui reputent , nihil nec gravatius homines amittere , quàm fructus ingenii ; nec ægrius facere , quàm ut eorum judiciis acquiescant, qui minus literis, & ingenio valere videantur . Verùm non ejus animi erat , laudem sequi . Ut erat ad summa natus , patriam , opes spem reliquæ vitæ omnem adolescens natu domi suæ major repudiaverat. Parum id quidem visum ei est. In ipso ferme Religiosæ vitæ aditu Cælum hoc Italicum , chara omnia, quæ superfuerant, devovit : in Indias enim ablegari impensè petiit , plenam sane laboris & periculorum provinciam : quod illi cùm non processisset , in remotiores saltem Societatis domos mitti postulavit. Itaque cùm Ragusii doceret , eam linguam probè didicit , qua in Sacris per Illyricum expeditionibus uteretur. Negatum idipsum est. Ergo cùm in hac Urbis celebritate vivendum sibi esse intelligeret , in ipsa literarum luce latebras quæsivit , quibus ita uteretur, ut cùm domesticarum rerum custodia, innocentia , pietate nemini concederet ; omnibus verò ingenio , laboribus , literis anteiret , nihil tamen ex eis , ut apud se , aut apud alios honoratior fieret : delibaret . Neminem sane opinor , tam cupidè honores quæsisse, quam ille refugerit : in quo mira quædam contentio extitisse visa est ; cùm ita viveret , ut ad honores vel invitus velificaretur ; ita eos detrectaret, ut honoribus carere amplissimum duceret suorum præmium meritorum . Quid dicam nonnisi Pontificis imperio in eorum numero fuisse , qui Sacrorum cætuum in consilium adhibentur; cùm domesticas præfecturas adeò refugeret, ut ne demandarentur, mores quoque suos acerbissimè criminaretur ? Præfuit Collegio Romano ; quo in magistratu præire omnibus exemplo maluit, quàm imperio. Ita nihil eorum fuit , quæ agi a nostris solent aut privatim , aut publice , quibus ille summis licet curis distentus non perfungeretur. Quanquam inveteraverat jam in eo ejusmodi vitæ ratio, quæ, quòd nihil in speciem a communi aliorum consuetudine discreparet, supra cæteros eminebat . Efferebatur enim miro quodam non suæ solum , sed alienæ quoque salutis studio, quod ne tepesceret, tum voluntariis corporis afflictationibus , quotidianis precibus, hoc ipso tam severo vitæ genere operam dedit ; tum nihil obijciebatur animorum procurationi proficuum , quin exiliret e literariis adytis , molestiam ferret omnem , quò res vocabat , eo curam omnem transduceret, omnia faceret, ut aliorum periculis subveniret. Quanta olim vigilantia ad omnem pietatis sensum adolescentes instituit, in quibus Reipublicæ totius spes ad maturitatem adolescit?

Digitized by Google

ejus certè, qui adhuc ex eo numero Romæ vivunt non sine recordatione suavitatis pleniſſimâ meminerunt. Qui ejus vultus, quæ vox æstuantis animi testis fuit, cùm ad confertiſſimum populum in foro Agonali verba faceret, plaudentibus non concionis solùm vocibus, sed etiam lacrymis, quæ gratiores illi erant; quòd plus plaudenti proficerent, quàm dicenti. Ætate vero provectior ecquo unquam tempore destitit, aut confessionibus excipiendis, aut publicis concionibus, aut privatim mònendo ad meliorem frugem, quos poterat evocare! Hinc illa ærumnosorum hominum commiseratio; ab animis enim in corpora pietas redundabat. Hinc ille ardor animi; ut quidvis pati posset, ne cuipiam deesset. Homini, quem fœdè scabies exederat, in via jacenti obviam casu venerat: non dubitavit in humeros relatum ad valetudinarium deferre spoliis sanè eo illustrioribus onustus, quo vilioribus: optima se ipsum vincendo fecerat. Itaque cùm aliorum curam gerere primùm cæpit, is esse potiſſimum debuit, qui fuerat, ut optimè præesset; publicæ enim potestatis administras vigilantiam, prudentiam, religionem non adscivit, sed attulit, non auxit, sed illustravit. Unum est, de quo quæri jure possit, rem familiarem, industriânè magis auxerit, an in pauperes misericordiâ: quo in genere cum multa præclara, tum illud tanto viro digniſſimum. Cùm enim paucorum culpâ graviter apud populum offendiſſet ex Religiosis familiis quædam; ut nec domi ali sublatis piorum erogationibus, nec domo prodire sine convicio posset; ille iniquum ratus innocentiſſimos homines, quo in crimine non essent, ejus criminis pœnam sustinere, sacculis pane onustis super humeros impositis unà cum pleriſque ex hac domo annonam ad eos publicè comportavit. Ita sublato imperitorum errore priſtina bonorum liberalitas est, & benè de Ecclesia meritæ familiæ tranquillitas restituta. Secutum tempus illud est, cùm generalibus Societatis comitiis suffragator interfuit; quo tempore ne de eo Societati universæ præficiendo cogitari a quoquam posset, non solum ferociorem se apud reliquos ostendit; sed impetratis a Pontifice literis cavit, ne cogi posset. Ex quo facile coniici potest, quo ille animo fuerat in omni reliqua vita erga majores omnes præfecturas futurus; cùm ad eas detrectandas & liberior voluntas, & major authoritas in eo esset.

Verùm illuxit tandem Ecclesiæ sanè felix dies, in quem non posteritas solùm, sed ipsa æternitas intuebitur; cùm Clemens XI., cui hominis doctrina, religio, susceptì pro Ecclesia labores explorati probè erant, in ampliſſimum Ecclesiæ Senatum Joannem Baptistam adlegit. Præerat ille Collegio Germanorum, & Hungarorum; assidebatque eo tempore de theologia disputantibus. Ubi primùm de re totâ allatum ei est, primò intermitti quæstionem vetuit; mox cùm alii aliis nuncii succederent, coorta omnium admurmuratione conturbatus animo in conclave ita se abdidit, ut nemini sui adeundi potestatem eo die fecerit. Quas lacrymas secum tacitus fudit, quàm ex intimo animi sensu? Calamitas non extorsiſſet. Noctem vigilans longiſſimam ad Pontificem epistolam dedit, in qua nervos ingenii omnes in eo contendit, ut petitis ex Theologia rationibus demandatum honorem a se amoliretur: nequa vero egregiæ modestiæ desiderari pars ulla posset, naturam quoque, mores suos, anteactam vitam omnem accusavit graviſſimis sanè verbis, sed ad veri quandam similitudinem conceptis, ut non detrectando honorem sequi, sed abdicandi causas afferre videretur. Tulit quidem Pontifex ampliſsimum consilii sui fructum, quòd in summo omnium plausu ab eo solùm illud improbari intelligeret, quem ipse ornandum censuiſſet: atque, ut cetera deessent, literis ratus purpuræ splendorem deberi tam doctè, quam religiosè scriptis, asservari eas ad posteritatis memoriam voluit, & hominem, ne diutius obsisteret, [illegible]erii religione deterruit. Ille spe ad repugnandum præcisâ ita sibi dignitatis nomen

susti-

ſuſtinendum arbitratus eſt, ut nihil ex priſtinâ vitæ ratione remitteret, multaque fieret laborum acceſſio, nulla dignitatis. Quam autem ejus in omni vita pietatem fuiſſe neceſſe eſt; quod religioſæ vitæ ſtudium; cum legibus ſolutus, hæc ille voluerit eſſe honoris honeſtamentum, & incrementum ſui.

In Collegium Romanum ſecedens duorum conclavium anguſtias ampliſſimis ædibus prætulit. Nudi parietes; niſi quantum librorum loculi conveſtirent: nulla ad domeſticum uſum ſerica ſupellex; nihil omnino argenti. Hoc ille cultu, cum privatim agebat; prodeundum verò publicè cùm erat, eo apparatu, qui impoſitam perſonam ſuſtineret; dignitatis enim retinens maximè fuit; quid egit prius in ſenatoria illa Eccleſiæ vigilia collocatus, quàm ut ab ea tuenda nunquam oculos dejiceret, dies noctesque pro ea excubaret, ſententiam non minus verè quàm liberè diceret, nullum laborum ſibi finem faceret? Sacris cætibus, e quorum numero fuit, ita ſemper interfuit, ut ea, quæ agebantur, per ſeipſum cognoſceret. Id unum fuit, in quo ſibi potius credere, quam aliis maluit, nunquam ſibi ſolutior viſus, quàm cùm publicis occupationibus diſtineretur: quod ut per otium liceret, magnam noctis partem vigilare conſueverat; veſtitus plerunque ſomnum cæpit. Singula enim non momentis ſolùm quæ diſputari in utramque partem poſſent, ſed repetita annalium memoria diligentiſſimè meditabatur; ut qui ad cauſas pertinentia explicaturi ad eum venirent, paratiorem faterentur, quam eos, quorum res agebantur. Ne tamen morte intercipi induſtriæ ſuæ fructus poſſet, inſtituerat nobiles adoleſcentes, qui in eo erant, ut ad rempublicam accederent, domi ſuæ erudire. Itaque cùm certo die de iis meditati dixiſſent, de quibus Tridentini Concilii legibus tranſigi oporteret, eorum dicta ad æquitatis rationes exigens & ſumma eruditionis copia ſingula illuſtrans, egregios jam tum informabat publicæ rei adminiſtros, quibus temporum felicitas, & populorum ſalus niteretur. Ab hac ille rerum publicarum tractatione quicquid otii nanciſcebatur, privatorum temporibus deferebat. Dici vix poteſt quàm impensè aliorum utilitatibus, quas ſuas ſemper duxit, ſervierit. Præcipuus ejus animus in religioſas familias fuit, quas non ſtudio ſolùm, ſed omni liberalitatis genere complexus eſt. Qua erat apud Pontifices gratia, multa ab eo vulgo petebantur: multa ipſe aliorum bono per ſe proſpiciebat. Cum nihil temerè pollicitus unquam ſit, plus ſemper præſtitit, quàm receperit. Ita ſæpe nec cogitantibus beneficium dedit: cujus largitatis ne gratias quidem haberi ſibi patiebatur ab iis, quibus profuerat, ne beneficii commemoratione inopiæ memoriam reliquiſſe videretur. Favit iis quoque incenſo ſtudio, qui aut fide olim ejurata, aut moribus corruptis ad ſana conſilia rediret, quæ ne inopiæ timor interverteret, ære ſuo cavit. Reditus illi mediocris erat: nunquam majorem concupivit; oblatum repudiavit, miſericors tamen in omnes, ultra cenſum munificus: amplificaverat enim erga ſe unum parſimonia. Si quid in veſtitu vel minimum, ſi quid in reliqua ſupellectili, qua obſoleta uti maluit, quàm recenti, impendi oporteret, putabat non ferendum: præclarè tenacem fecerat liberalitas. Itaque in ſumma pecuniæ caritate, cùm quod reſiduum apud ſe nummorum fuerat erogaret, familiariter admonitus, ut ſuis uſibus proſpiceret; ego verò, inquit egenorum potius calamitatibus, ſtipem corrogaturus; cùm non erit, quo utar. Adeo ſibi rei familiaris arbitria tanquam alienæ ſuſtulerat. Nunquam tamen extorqueri ſibi beneficium naturæ ſuaſu paſſus eſt in eos ſolùm durior, quos conſanguinitatis commendatio fecerat beneficio propiores: qua in re haud ſcio, an largitatis quoque laudem ſuperaverit. Itaque ſi quid in eos officii unquam contulit, communis beneficentiæ rationibus menſus id potius eſt, quàm privatis. Ex quo religioſis ſe legibus obligavit, unas quotannis literas domum

Digitized by Google

